Stimulus diuini amoris deuotissim⁹ a sancto Johanne Bonauēture editus cordiū omniū in amorē christi Jesu inflāmatiu⁹ post eiusdē varias ipressiones incorrectas vltimate emēdatus et correct⁹ per eximiū sacre pagine professorē Magistrū Johannē quētin canonicū et penitentiarium parisiensem.



¶ Incipit prologus seu epistola dn̄i bonauẽture in libro qui dicitur stimulus amoris.

a Ad te domine leuaui animã meã deus meus in te confido nõ erubescã. Confisus de tua liberalissima pietate. allectus mira suauissimi amoris ⁊ odoris tui suauitate. atractus infrigibili vinculo tue ardentissime caritatis. Ad te qui habitas in celis leuaui oculos meos splẽdore solis iusticie illustratus. claritatis tue lumine ꝓuocatus. auidissime requirẽs speciosissimũ decorẽ amãtissimi vultꝰ tui. Solicitant me intima q̃ tibi in me placita habeas Quid autẽ michi indigno seruo acceptabilius ꝙ̃ scire qualiter tanto dn̄o valeã famulari. Ad tuum igitur amorẽ erectus amici prece inductus. zelo interno coactus. qualit̃ quisq; te studiose querere debeat. qualiter ĩuenire valeat. qualiter possit ad te accedere ⁊ strictis tenere ãplexibus quibusdaʒ meditationibꝰ declamare presumã. In quibꝰ et si diuerse corde tangũtur ad vnũ redacte puris auribus faciũt melodiã. Quãuis enĩ diuerse ⁊ plurime materie in diuersis capitulis describantur: tñ inde nichil resonat nisi ꝑfectio animi ad diuinum amorẽ. Si quid aliud ĩueneris pie lector legitime corrigas ⁊ nõ rodas. q: malitia nõ est in causa sed simplicitas. Diuersum nãq; modũ inuenies in eis vt diuersitate modi ⁊ materie: lectoris fastidiũ tẽperetur. et eius aĩa ad celestia cautius eleuet. varijs illustrata radijs. cibis refecta diuersis. multiplicique varietate allecta Tu aũt mi frater iohãnes de ordine fratrũ minoꝝ q̃ eucharistius appellaris

accipe munusculũ qđ a me indigno sepe tua humilitas postulauit. nec irrideas meã ignorantiã: sed potius michi paruulo balbucienti τ infantib⁹ artubus gestienti sicut pia mater arride. Scio nãq; q; simplicitatẽ diligas τ fercula etiã rusticana sapide quodã famelico appetitu degustes Insatiabile est enĩ desideriuʒ tuũ τ auide apprehẽdis oblata. Aperi ergo os tuũ et tibi q̃uis rudia in corpa infra scripta. Ipsa enĩ pseruatiua sunt τ 9seruatiua humidi radicalis q: ea de lignovite suscepi. Caue q̃ ne lignũ scie retrahat ab hoc esu τ nudus apparere verearis corã deo. isipidaq; tibi sapida τ sapida tibi isipida videãtur. Hic vero modũ orandi viuẽdi τ meditãdi iuenietvir deuot⁹. In istis i ustus ab infimis eripit: ad intima tollitur. ad summa erigitur cũ dulcore. Qui q̃ voluerit vsq; ad perfectũ crescẽ legat τ ipleat q̃ scribã gr̃a crucifixi irrigãte

Incipit liber qui dicitur stimulus amoris quẽ 9posuit sanctus frater Bonauẽtura de ordine fratrum minorũ.

Liber iste qui stimulus amoris in dulcissimũ τ piissimũ iesum saluatorẽ nostruʒ nõ incõgrue potest dici. In tres partes diuidit. Prima pars

1 In quaruʒ prima de xp̃i gloriosissima passione agitur. videlʒ quõ homo ipsam passionẽ meditari dʒ et q; sit vtilis eius meditatio. τ q̃liter et q; libẽter hõ conuerti dʒ ad compatiendũ dño iesu crucifixo et alia plura q̃ circa ipsam passionẽ 9siderari possunt. Scda pars. In secũda vero parte

de his q̃ ad ɔtemplationē dispoſita ſunt tractatur videlꝫ qualiter hō poſſit ãplius ꝓficere ⁊ magis deo placere q̃literqꝫ ordinatus eſſe debeat ad deū ad ſe ⁊ ad proximū et alia plura q̃ ad ipſam cōtemplationē diſpoſitiua ⁊ iductiua ſunt ¶ Tertia ps ¶ In tertia vero ⁊ vltima pte de ipſa ɔtēplatõis quiete ꝓſequit̃. videlicet q̃ ſunt que inducūt hoīeꝫ ad ɔtēplationis quietē ⁊ q̃ glorioſū ſit ſe mutare in deū qualiterqꝫ hō muteť in deum ⁊ alia plura q̃ ad ipſius ɔtēplationis quietē peruenire volētibꝰ perutilia ac neceſſaria ſunt. ¶ Qui vult habere ſaporē amoris in his q̃ ſequūtur dꝫ cum hūilitate ⁊ amore maieſtatē ⁊ dignitatē dei admirari. q̃taꝫ hūilitatē ⁊ paſſionē ꝓpter caritatē ꝓ nobis mori endo in cruce ſuſtinuit meditari et ruminare cum amore ⁊ cū ardētiſſimo deſiderio petitiones q̃ ibi continētur ſibi petere ⁊ pro certo proficere in xp̄i amore.

¶ Sequūtur capitula p̄me partis.

¶ Sequūtur capitula scd̄e partis.

Sequũtur capitula tertie partis

¶ Incipit liber primus. Et primo.

Quomodo debet hõ libenter christi passionẽ meditari. Capitulum primum.

c Urrite gẽtes vndiqȝ ⁊ miremini erga
vos caritatẽ dei et erga ipm cecitatẽ
⁊ malitiã vestram. Si eni dei filius vo
luit inseparabilit coniũgi nature hu-
mane quãtomagis aïa vestra deberet
sibi iseparabilit copulari. Si eni dei filius voluit
tãto caritatis feruore sic vilissimo cineres sibi vnire
quato auidius deberet vnusqsqȝ ad recipiendũ ipm
deuotissime cor suũ recipere. Que vesania anime
quod hoc negligit ⁊ potius vult stercoribus adherere.
Non eni assumpsit filius dei carnẽ vt hõ carni ad-
hereat: sȝ sicut ipse in carne existẽs. carnẽ afflixit
⁊ carnalia contẽpsit. et aïa eius semper deo patri
adhesit. sic homo carnẽ mortificet ⁊ semper se eri
gat ad diuina. O mirabilis cecitas hois qui cũ ex
aïa ⁊ carne consistat. ⁊ aïa sine cõparatione melior
sit et nobilior ipsa carne totum tẽpus expendit in
prouisione carnis siue in his q̃ caro requirit. ⁊ aïam
suã negligit ac si nichil esset. nec ipsaȝ pascere nec
ipsam nutrire nec in sũmo detare studet creatore
cum tamẽ hoc leuius suauius delectabilius seu oppor
tunius sine cõparatione valeat ipetrari. Ubiqȝ se
eni offert homini deus et suiipsius nisi mortẽ filii
sui preciũ non requirit. Corporalia aũt semper fu
giunt. nec etiã cum omni solicitudine ⁊ labore ac
anxietate possunt plene ab aliquo possideri in hoc
mũdo. nisi forte dicamus quod plene omnia contẽnit
Sed qd mirabile est hoc sibi facit aïa a carne ali-
quãtulum inclinata nõ tamen coacta. Nam volun
tarie subdit se carni et carnis beneplacita nititur
adimplere. ⁊ deo suo subdere cũ omni exhortatõe
bñficiorum collatione interna inspiratõe contẽnit.

et in ꝓprio͛ bono.i.in propria vtilitate:nō͂ vult dei voluntatē facere. Certe si aīa nō esset peior omni aīali:deum cui silis est deberet super oīa diligere ⁊ de ceteris non curare. Si ergo aīa carnē diligis nullā carnem nisi carnē christi ames. Hec enī pro tua ex toti⁹ humani gn̄is salute est sup arā crucis oblata. cuius passionē in corde rumines cotidie. Huius enī passionis xp̄i meditatio cōtinua mentē eleuabit. quid agēdum q̄d meditandū quidq; sciē dum ⁊ sentiēdum sit idicabit. te demū ad ardua in flāmabit. te vilificari ⁊ contēni et affligi faciet affectare. te tā:cogitatione q̄ȝ in locutione ac etiam opatione regulabit. O passio desiderabilis mors admirabilis. quid mirabilius q̄ȝ ꝙ mors viuificet. vulnera sanēt. sanguis albū faciat ⁊ mūdet itima nimius dolor nimiū dulcorē inducat. apertio lateris cor cordi ꝯiungat. Sȝ adhuc mirari nō cesses. q: sol obscurat⁹ plus solito illuminat. ignis extinctus magis inflāmat. passio ignominiosa glr̄ificat. Sȝ vere mirabile est ꝙ xp̄s in cruce sitiat inebriat nudus exn̄s virtutum vestimētis ornat sed ⁊ eius manus ligno cōclauate nos soluūt. pedes confossi nos currere faciūt. emittens spiritū vitā inspirat. in ligno decedēs ad celestia vocat. O passio mirabilis q̄ suū meditatorē alienat ⁊ nō solū reddit angelicū sed diuinū. Nam p meditationē cōmorans in christi tormētis etiā seipsum nō videt semp intuetur dn̄m suū passum vult secū crucē baiulare. ⁊ ꝓ ipso leuissime oē bonum ⁊ malū vult portare. et ipse in corde portat celū ⁊ terrā pugillo tenētem. Vult secū spinis coronari ⁊ ipse spe glr̄ie coronat. Vult secū in ligno sine vestimētis frigescere ⁊ ni-

mio amoris ardore accēditur. Uult secū acetū gustare & vino inenarrabilis dulcedinis potat. Uult secū in cruce existens sibi illudi. & ipse ab angelis honorat et a beata virgine in filiū adoptat. secum volēs tristari letatur. secū volens affligi ꝯsolatur & nimiū iocūdatur. Cū christo vult ī cruce pēdere et eum dulcissime xp̄s amplexat. Secū vult faciē mortis pauore ꝑfusam īclinare. & eius caput xp̄s eleuans suauissime osculat. O mors amabilis O mors delectabil. O cur crucis illius loco nō fuit vt xp̄s fuisset manib⁹ meis & pedibus ꝯclauatus Certe illi ioseph ab aramathia dixisset si auferas Jesum a me s; me secū sepelias in sepulchro. Nō enī volo āplius ab ipso separari. Sed si hoc modo facere nō possum corpore saltē hoc volo mēte. Bonum est enī secū esse & in ipso volo tria tabernacła facere. vnū in manibus. vnū in pedib⁹. s; aliud ꝯtinuū in latere. ibi volo quiescere/dormire/videre/bibere/comedere/legere/adorare/& omīa mea negocia ptractare. Ibi loquor ad cor eius et ab ipso q̄dvoluero īpetrabo Sic faciēs dulcissime matris vestigia sequar cuius aīam passionis filij gladius pertrāsiuit. secure de cetero ipsam alloquar vulneratus & ipsam ad q̄dvoluero inclinabo. Et nō solū apparebo cū filio suo crucifix⁹ s; ad ꝑsepe rediēs ibi cum eo iacebo paruulus vt ibidē cum suo filio suis vberibus merear ablactari. Miscebo igitur lac matris cū sanguine filij: et michi faciā vnā dulcissimā potionē. O amātissima vulnera dn̄i nostri Jesu christi. Nam cū in ea quadā vice oculis sui ītrarē apertis ipsi oculi sāguine sunt repleti. sicq; nichil aliud videns cepi ingredi. Manu palpans

donec pueni ad intima viscera caritatis sue quibꝰ
post vndiqꝫ circũplexus reuerti nequi. Ideoqꝫ ibi
ihabitato. et quibꝰ vescitur cibis vescor ac ibi ine
brior suo potu. Ibi tanta abũdo dulcedine vt tibi
nõ valeã enarrare. Et qui prius fuerat ꝓ pctõribꝰ
in vtero virginali nunc dignaꝛ me seruũ suũ intra
viscera sua cõportare. Sed multũ timeo ne veniat
partus eius ⁊ ab illis delicijs excidar qbus fruor
Sed certe ⁊ si me peperit debebit sicut mater me
lactare vberibꝰ leuare manibus portare brachijs
osculari labijs foueri gremijs. aut certe q̃d faciã
scio. Quãtumcũqꝫ me pariat scio ꝙ semp sua vul-
nera sunt aperta ⁊ ꝑ ea in eius vterũ iteꝝ itroibo.
et hoc totiẽs replicabo quousqꝫ ero sibi insepara-
biliter cõglobatus. O cecitas filioꝝ ade qui ꝑ hec
vulnera in christo nesciũt introire. Supra suas vi
res laborãt in vanũ. ⁊ aperta sunt hostia ad quietẽ
An ignoratis ꝙ xp̄s est gaudiũ beatorum. Cur ꝙ
tardatis ꝑ sui corporis foramina in illud gaudium
introire. Quõ in sanitis qꝛ beatitudo angeloꝝ pa
tet ⁊ circũstantia et partes eius cõfracta est ⁊ vos
itroire negligitis. An forsan expectatis ꝙ prius re
soluaꝛ corpus vestrũ nõ credẽtes ꝙ in xp̄o in p̄nti
aĩa valeat quietari. Sed crede michi o hõ qꝛ si in
ipsum ꝑ hec angustia foramia intrare cõtẽderis
nõ soluꝫ aĩa sed etiã quietẽ ac dulcedinẽ mirabilẽ
iueniet corpus tuũ. ⁊ qd carnale est et ad carnalia
tendit ex illo vulnerũ introitu fiet adeo spũale vt
ceteras ꝑter eas quas ibi sentit delicias reputet
esse nichil. imo fortasse aliqñ aĩa propter aliquã
obediẽtiam vel vtilitatẽ dictabit esse recedenduꝫ
et caro allecta illa dulcedine dicet ibi esse imoran

dum. Et si ita accidit de corpore q̄ta credis aīam frui dulcedine q̄ per illa foramina coniūgit cordi christi. Certe exprimere tibi nequeo sꝫ experire ⁊ scito. Ecce aperta est apoteca oībus aromatibus plena ⁊ medicinalibꝰ opulenta. ꝑ vulnerū ergo fenestras intrat ⁊ accipe medicinā sanatiuā restaurātiuā preseruatiuā ⁊ ꝯseruatiuā. Ibi quascūqꝫ volueris species accipe. Ibi quecūqꝫ delicata appetieris electuaria sume. Si etiā suauitatꝫ vnguētis volueris deliniri. Per illa intrare vulnera nō postponas. Ecce aperta est ianua paradisi et ꝑ lanceā militis gladius versatilis est āmotus. Ecce lignuꝫ vite tā in ramis q̄ȝ in stipite perforatū. in quibus foraminibꝰ nisi pedes .i. affectus posueris non poteris carpere fructus eius. Ecce apertus est thesaurus diuine sapiētie ⁊ caritatis eterne. Intra ḡ per vulnerū aperturā ⁊ cū cognitione delicias obtinebis. O q̄ȝ beata lancea ⁊ beati claui q̄ apertionem hꝰmōi facere meruerūt. O si fuissem loco illiꝰ lancee: exire de xp̄i latere noluissem sed dixissem. Hec reqes mea in seculuꝫ seculi. hic habitabo qm̄ elegi eā. O stulti ⁊ tardi corde qui ad possidēdum aliqđ vanum per incerta foramīa introitis. ⁊ inde etiā exire multotiēs nō potestis sꝫ ad possidēdum dei filiū summū bonū cādorē ⁊ splendorē eternū ꝑ aꝑtas vulnerū ianuas nō introitis. O aīa ad ymaginem dei facta quō potes āplius cōtinere. Ecce sponsus tuus dulcissimꝰ ꝓ te vulneratꝰ iā factus glīosus te cupit āplecti et tibi dulcissima elargiri oscula ⁊ ad ip̄m negligis festinare. Nā pre nimio amore aperuit sibi latꝰ vt tibi tribuat cor suū. sibi etiā voluit pedes ⁊ manus ꝑforari vt cū ad ipsum

ꝑueneris ſicut tue manus intrẽt in ſuas: ac pedes tui in ſuos vt ſibi inſeparabilit̃ coniũgaris. Obſecro ſm apoſtolũ oĩa proba hoc experiri coneris ꝛ ſibi bonũ tibi videt̃ inde ãplius ne diſcedas. et nõ dubito ꝙ ſi fueris exptus oĩa preter ipſum amaritudinẽ reputabis. Uelles libẽter tũc tibi illa vulnerũ hoſtia poſtꝙ̃ intraueris obſecrari vt inde exire ãplius nõ valeres. ꝛ admiraberis ſuꝑ tuam et aliorũ ſuper hoc habitã cecitatẽ. Gaudebis nichilomin⁹ de tanta dulcedine quã tu ſenties et in tñ etiã inflãmabitur cor tuũ vt quaſi nitẽs aĩa de corpore exire velit et naturalit̃ in chriſti vulneribus habitare. ꝛ inebriabit̃ aĩa a tanta dulcedine ꝛ feruore ꝛ vix poteris eã ad aliud ĩclinare. O vulnera corda ſaxea vulnerãtia et mẽtes ꝯgelatas inflammãtia ꝛ pectora adamãtina liq̃faciẽtia pre amore O certe vita dulcedo ꝛ ſpes nr̃a. Si tñ per meditationẽ iſtius paſſionis ad illã perueneriſ dulcedinẽ de qua dixi vel etiam ad maiorẽ. attende ne velis ipſam paſſionẽ meditari ꝓpter aliquã dulcedinẽ temporalẽ ſed vtitui creatoris beneficiũ recognoſcens in eius accẽdaris amore. Et hec dꝫ ſemper eſſe tua cõtinua orõ. ¶ Oratio deuotiſſima.

D Omine ſancte pater oĩpotens eterne deus ꝓpter tuã largitatẽ ꝛ filij tui q̃ pro me ſuſtinuit paſſionẽ ꝛ mortẽ et matris ei⁹ excellẽtiſſimã ſanctitatẽ atqꝫ beati frãciſci ꝛ omniũ ſanctoꝝ merita: cõcede michi peccatori et oĩ tuo beneficio indigno vt te ſolũ diligã tuo amore ſempꝰ ſitiam. bñficiũ paſſionis ꝯtinue in corde habeã. meã miſeriã recognoſcã et ab oĩbus cõculcari ꝛ contẽni cupiã nichil me contriſtet niſi culpa. Amen.

¶ Qualiter dz homo niti ad cōpatiendū christo crucifixo. Capitulū .ii.

Ad 9patiēdum dño iesu xp̄o crucifixo. primo
a studeas q̄tum potes tenuire illi p feruentē amorē. Nam q̄to feruētius diliges eū tāto magis sue cōpatieris passioni. et q̄to plus ei 9patieris tanto plus erga eū tuus accendet effectus. Et sic mutuo se augebūt dilectio & 9passio donec venias ad p̄fectū nisi hoc remāserit p̄pter aliquā tuā miseriā. Et p̄cipue studeas abiicere oim presumptionē diffidentiā & negligētiā. Debet enī hō tā nobile opus aggredi humilr 9fidēter & instanter et cū quanta pōt munditia cordis. Et q̄uis homo videat sibi idignus & nequā nichilomin⁹ non desistat: q: ipse p̄ pctōribus crucifix⁹ est. Instructio .i. 9pa. dño. Primo igit sic sibi vniaris amore vt cor tuū iam sibi nō tibi videat cōiunctū. Quō enī tunc nō senties eius vulnera aut q̄s passiones hēbit q̄ nō perfundāt cor tuū. Studeas ergo q̄tum potes vt cor tuū intret in ipsum totalit & te extra ipsum reputes eē nichil et de te extra ipm tanq̄ de nichilo curabis. Tota cura tua vertat ad p̄ns circa dn̄z tuū passuz. Nā eius est quicquid es nec debes alteri de te quicquid exhibere. Si g trāslatus in ipsum sic fueris nō possum credere qui eius vulnerib⁹ vulnereris & p̄fundaris eius cōtumeliis illusionibus & opprobriis. Tunc q̄tam iocūditatē & dulcedinē assequeris: dn̄s per suā misericordiā te faciat expiri. Male enī scirē hoc tibi calamo declarare. & si hec tibi nimia alta videtur: nec ad hec bene p̄tingere potes sicut velles potes te adhuc exercere modo alio grossiori subsequēti. ¶ Instructio .ii.

¶ Debes eni cogitare q̄tam passionē sustineres si excoriareris sicut beatus bartholome⁹. vel assareris vt beatus laurētius aut vsq̄ ad ossa carnes tue dētibus ferreis lacerarētur. alias etiā cogita penas quas volueris ⁊ passiones. Et cū ita ista cogitādo super te cōceperis quendā horrorē nimie passionis. tunc cogita q̄ dn̄s noster iesus xp̄s pro te vilissimo pctōre multo grauiores ⁊ intollerabiliores sustinuit i cruce dolores q̄ tu sustineres in passionibus supradictis. Tunc ḡ rumina in corde tuo q̄tam sustinuit angustiā et afflictionē ⁊ q̄tus amor ad hoc ipsuz induxit. ⁊ sic meditādo efficiat cor tuū illis doloribus q̄tum potest et quasi illos sustineres amarissimis lacrimis perfundaris. nec dubiū quin in dulcedinē maximā conuertātur.

¶ Instructio tertia. Et sic adhuc hoc tibi n̄ valet melius experire. Facias tibi vnū bonum flagellū multū afflictiuū et nō nimis lesiuū. ⁊ in abscōdito egregie te flagella n̄ parcēs corpori donec fuerit bene perfusum dolore. Et tunc cū illos senties dolores ad xp̄m passum dirige cogitatū tuum ⁊ meditare q̄ dulcis dilectus sponsus tuus amor tuus desideriū anime tue angelorū solatiū beatorū p̄miū dn̄s iesus christus p̄ te vilissimo ſter corevoluit in suo corpore quasi sine ɔparatōne sustinere multo intēsiores dolores: Et nō dubites q̄ vltimū istud remediū multū valet: q: per passiones addiscit hō compati patiēti. Ad hec omīa addas oratione. vt quasi cōtinue dep̄ceris dn̄m iesum christū vt suis vulneribus mentē tuā vulneret. ⁊ vt per ipsas passiōes ⁊ vulnera a sua largitate ipetres qd̄ intēdis

¶ Instructio quarta. Et si hec oīa non valēt tibi

propter duriciā cordis tui. te tanq̄ stercus abhor
rens plores amare et dicas. Usq̄quo cordis mei
neq̄tia p̄ualebit aduersus iesum dñm meū passum
Cuius vulnera vicerūt dyaboli potestatē: supera-
uerunt primi parētis veneficia. ꝯfregerūt portas
inferni ⁊ aperuerūt portas paradisi. et intm̄ abun
dat malitia cordis mei vt nō deuincātur a tam ex
cellētissima bonitate. Quid ḡ me nequius ⁊ quid
maius malitia cordis mei? Heu michi quid faciaꝫ
qui nimiū infirmus a passione dñi mei iesu christi
nequeo recipere medicinā. Non cessent oculi mei
a ploratu donec lacrimaꝝ abūdātia demolliat du-
ritiā cordis mei. Heu heu q̄ ibo a spū tuo Quid fa
ciā ex quo aīe mee vitā nescio inuenire ⁊ erga me
summā diffusionē diuine clemētie nō valeo degu-
stare. Sedebo in sterq̄linio ⁊ mētis mee saniē testa
radam. affligā me de cetero nec aliquatenꝰ michi
pciā donec in afflictione inueniā dñꝫ meū afflictū
Mirum est certe quō homo hꝫ pacientiā in seipso
vidēs tantā nequitiā cordis sui ⁊ nō doleat. O cor
pessimū imo dyabolicū vsq̄quo resistes largitati
imense. Quare magis delectaris in vulneribꝰ pec
cati q̄ in vulneribꝰ iesu christi. Quare magis ꝯpa
teris parue picture pedis tui q̄ grauissime morti
dñi tui ⁊ intētissimo dolori capitis sui vite aīe tue
christi. Ubi maior ībecillitas et insania. O homo
nonne tibi videt̄ q̄ illū plus diligis cui plus cōpa
teris in dolore. Et nūquid ergo plus diligis pedē
tuum q̄ dñm tuum. qꝛ scꝫ isti pedi plus cōpateris
in parua afflictione. ⁊ in illuꝫ quasi cor tuū tendis
q̄ illi scꝫ dño deo tuo in maxima āgustia et dolore
⁊ parum aut nichil inclinatur cor tuum ad ipsum.

O cecitas immēsa. O serpētibus deteriores q̄ in afflictione cōpatiendo capiti totū corpus suū exponūt flagello. Sed certe videtur q̄ tanq̄ mēbra putrida iam sumus excisi a capite nr̄o iesu christo q: ipso vulnerato eius vulnera nō sentimus. Heu heu dn̄e mi quare me fecisti si non debeo tibi esse cōiunctus. aut si tibi sum coniūctus quare nō sum tecū pariter vulnerat⁹. Pro me dn̄e ꝓ me vulneratus es nō pro te. ꝛ tu vulnera portas non ego. Quid hoc est? ego debeo esse subiectū vulnerū et nō tu. q: ego sum q̄ peccaui ego q̄ inique egi. s3 tu qui es innocēs ouis q̄d fecisti? Vertātur obsecro vulnera hec in me ꝛ in domū pr̄is mei. Redde nob dn̄e redde vulnera nr̄a ne tu q̄ innocēs es nocens appeas retinēs vulnera aliena. aut saltē tecū vulnera corda nr̄a. En mori volo nisi vulneres mentē meā. Abhorreo videre cor meū nōvulneratū cum videā te saluatorē sic ꝓ me vilissimo cruci affixum Aut ergo dn̄e iesu me tecū ꝯuulnera. aut certe da michi licētiam trāsuerberādi meip̄m mali gladio. Nolo eni dn̄e sine vulnere viuere: q: te video vulneratū. Si hec oīa nōvoluerint tibi tā nobilissimo bn̄ficio es indign⁹ ꝛ de cetero n̄ reputes te hoīe3 sed bestiā ꝛ cū feris sit habitatio tua. q: īdign⁹ es ꝯsortio alioꝝ. Forte tn̄ si multū te humiliaueris ille q̄ respexit humilitatē ancille sue respiciet humilitatē aīe tue. ꝛ dabit tibi cor nouū vt cogites dn̄m deū tuū passum. Sed qn̄ dn̄e iesu qn̄ hoc erit? Differre dn̄e mors michi ē. Et si multū expectaueris forte desiderio liquefiā. ꝛ postmodū in liquido vulnera permanētia īprimi nō valebūt. Nam aīa mea dn̄e incipit iā3 lāguere ꝛ quasi ad nichilū redigor

desiderās tuis vulnerib⁹ consolari. O dñe iesu vbi est sapiētia tua. An ignoras ꝙ melius ē te habere creaturā tuā vulneratā ꝙ̄ ad nichilū redactā. Non ergo me queso differas vulnerare: ne multa dilatione amittas quē tuo ꝑcioso sanguine redemisti. Curre curre dñe iesu/ curre ꝛ me vulnera: qꝛ fortasse nichil de me īuenies si expectas. Sꝫ heu michi ꝙ̄ vilis fact⁹ sum. qꝛ videtur etiā ꝙ deus q̄ inimicos diligit me odiat. Nūquid ꝙ̄ plus ꝙ̄ inimicus fact⁹ sum? Nā vt īimicos redimeret voluit letalit̄ vulnerari. et ego deficio ꝛ non videt̄ curare. Non enī peto vt ꝓ me āplius vulneret̄: sed vt michi q̄si iam mortuo applicet sua vulnera ꝛ reuiuam. Dñe iesu ferrū tuam creaturā insensibilē voluisti tuum corpus vulnerādo intrare ꝛ me tuā creaturā rationalem intrare ꝑ iam facta vulnera nō permittis. Quid hoc est? Nūquid cor meū est durius ꝛ vili⁹ oi ferro? An cogitas ꝙ crudeli⁹ est: Sed mea crudelitas nō tibi oberit si ītrauero cū a modo sis impassibilis. Quātumcūqꝫ enī intrē per tua vulnera ꝛ discurrā ꝛ tuas carnes comedā pre amore semꝑ īpassibilis ꝑmanebis ꝛ meus satiabit̄ appetitus. ita tamē ꝙ āplius incēdatur. Sed q̄d vociferabor āplius. Tardas ꝛ nōvenis et iam lassat⁹ desiderio incipio īsanire. Amor regit ꝛ nō ratio. et curro cū īpetu quocūqꝫ me volueris inclinare. Nam q̄ me vident deridēt. ꝛ ꝙ tuo amore sim ebrius non cognoscunt. Dicunt enī quid iste insanus vociferatur in plateis. Et quātum sit desideriū non aduertūt. Ignorāt ꝙ amor tuus intēsus īpedit vsum sensus et ꝙ qui te fel ńēter querit seipsum ꝛ oīa derelinquit. ꝛ qui te querit puro corde sic parum ipse de

extrinsecis curat: vt etiã quid faciat multotiens aduertat. Ueni dñe bone iesu et noli amplius tardare ne pre nimio desiderio fiaʒ simplr sine sensu. Sed forsitã hoc requiris vt cũ ab oĩbus fuero abstract⁹ purus intrẽ per vulnera tua gloriosa quib⁹ tunc plenarie vulneres amantẽ. Tunc clamabo ⁊ dicã heu heu michi dñe mi iesu quõ te video crudeliter vulneratũ. quãto dolore te video agrauatuʒ. Quis mihi hoc tribuat vt ꝑ te moriar dulcissime dñe iesu. Te videre viuere in tanto dolore sustinẽ nõ possum. te aspicere horreo supra modũ. te etiã liberari mors michi eẽt. ⁊ ideo ãgustie sunt michi vndiqꝫ et quid eligã ignoro nisi tecũ pariter crucifigi. Suas ãgustias cõsiderans in meipso deficio ⁊ iam exanimis efficior pre dolore ⁊ ira ꝙ pro me sustines tanta mala. Quid fecisti dñe quare pro me vilissimo ascẽdisti in crucẽ. ⁊ quid sum ego vilissim⁹ vermiʒ putredo detestabilis. ꝑ quo tu dñs omniũ debeas sic affligi cũ tu sis sapiẽtia patris? Quare talẽ cõmutatiõnẽ fecisti vt dares vitã pro morte: veritatẽ pro vanitate: gratiã pro malicia: gloriã pro miseria. Quis quare hoc tu potens feceris: poterit cogitare vel indicare. Nimia fuit dilectio tua. et in hoc appuit abyssus tue scʒ imensitas pietatis. Non enĩ in te video causam mortis nisi supabundãtiam caritatis. Nonne melius erat bone iesu vt nõ essem ꝙ̃ vt factus te occiderẽ. Et cur carnes meas nõ lacero pre dolore. aut quõ me oĩs creatura nõ occidit qui fui occasio tue mortis. Nonne mirabile videtur e cogitare te tã nobilissimũ ⁊ benignissimũ dñm ꝑ me tã vilissimo mortuũ et nõ statim deficere pre nimia tristitia. Et quõ si

nõ esset tue ɔtrariũ volũtati: me materiali gladio nõ occido pre dolore qui fuit occasio tue mortis. Cũ pugna q̃ magna me debes sustinere sicut susti nere aliquẽ inimicũ meũ corã oculis meis cũ video quẽ toto corde occidere affectarẽ q̃uis nõ auderẽ aliqua rõne. Nonne ⁊ hoc necessimũ est ꝙ post tam admirabile ⁊ fructuosum tue passionis bñficiũ nõ cesso peccare in cõspectu oculoꝝ tuorum ac si tua passio michi eẽt. Te michi dedisti ⁊ te renuo. tene bras effugasti et ipsas incurro. mundũ abiecisti ⁊ ipm eligo vel elegi. An nõ vides patiẽtissime dñe iesu ꝙ semꝑ nitor facere tue contrariũ volũtati ⁊ in facie tibi resisto aperte. Si dicis nolo vt hoc fa cias: dico volo. si dicis volo vt hoc fiat: dico nolo. Scio te dñm meũ summũ bonũ esse ⁊ nihil ego sũ. et ad te ac si nichil esses nõ aspicio s; cõuerto cor dis ⁊ corporis mei faciẽ ad ea q̃ vana sunt ⁊ aliqñ adq̃ incongruũ est noiare. ⁊ sic eis cor meũ amorꝭ vinculo colligaẗ. vt ad te cui⁹ est nequeat eleuari et hoc certe detestabilis abusio est. Sed nunquid bone dñe iesu voluisti ꝓ me frustra mori qui que; sic care emisti pre nichilo pdidisti. Me tecũ occi das ⁊ pariter trãsfigas ne a te valeã amplius sepa rari et tecũ possum viuere ineternũ. Amen.

Oratio deuotissima.

D Omine iesu xp̃e cor meũ tuis vulnerib⁹ sau cia ⁊ tuo sãguine iebria mentẽ meã vt quo cunq; vertã sp te videã crucifixũ. ⁊ q̃cquid aspexe ro in tuo sanguĩe michi appeat rubricatũ vt sic in te totus tendẽs nichil ꝑter te valeã inuenire. nichil nisi tua vulnera valeã intueri. Hec michi ɔsolatio tecũ mi dñe vulnerari. hec ĩtima sit michi affectio

sub te aliqd meditari. Non quiescat cor meū bone iesu donec ueniat tecētruz suū. Ibi cubet ibi suū terminet appetitum. Amen.

¶ Meditatio cōpassiua in parasceve doloris quē tunc habuit beata virgo maria. ca .iii.

s Tabat iuxta crucē iesu mater eius. O dn̄a mea vbi stabas. Nūquid tantū iuxta crucē? imo certe in cruce cū filio vbi crucifixa eras secū. Sed hoc distat: qꝛ ipse in corpore: tu aūt in corde. Necnon ⁊ eius vulnera ꝑ corpus eius dispsa sunt in tuo corde vnita. Ibi dn̄a lanceatū est cor tuum. ibi spinis coronatū. ibi illusum exprobratū ⁊ cōtumeliis plenū aceto ⁊ felle potatū. O dn̄a cur iuisti imolari ꝓ nobis. nūquid sufficiebat filij passio nobis nisi crucifigeret̄ ⁊ mater. O cor amoris cur cōuersum es in globū doloris. Aspicio dn̄a cor tuuz 2 id nō cor sꝫ mirrā ⁊ abscintiū ⁊ fel video. Quero matrē dei ⁊ ecce inuenio sputa flagella ⁊ vulnera. qꝛ tota conuersa es in istis. O amaritudine plena quid fecisti? cur vas sanctitatis fecisti vas penalitatis. O dn̄a quare nō es solitaria in camera tua. quare iuisti ad caluarie locū. Non ē tua ꝯsuetudo dn̄a ad talia spectacula ꝓperare. Cur te n̄ retinuit pudor mulieris. cur te nō retinuit horror facinorꝫ Cur te non retinuit verecūdia virginitatis. cur te nō retinuit loci turpitudo. multitudo vulgi. detestatio mali. Cur te nō retinuit clamorꝫ vehemētia. stultorū vesania. demoniacorꝫ caterua. Hec nō considerasti dn̄a: quia cor tuuz alienatū totum pre dolore non erat in te sed in afflictione filij ⁊ in vulneribus vnici ⁊ in morte delicti. Non ꝯsiderabat cor tuum vulgus sed vulnus. nō pressurā sed fixuram

non clamorē sed liuorem. nō horrorē sȝ dolorem. Reuertere dn̄a ad locū pristinū ne cum ꝑcussione pastoris te etiā amittam⁹ vt nō vna hora vtriusq̧ priuamur regimine. Non est consuetudo domina mulieres tali morte condēnari. nec etiā contra te dn̄a sentētia est ꝓuulgata. Sȝ vt puto audire hec nō potes qꝛ amaritudine repleta es. totū cor tuuȝ versum est dn̄a circa filiū tui passionē. O mira res tota es in vulnerib⁹ christi: totus xp̄s crucifixus ē in intimis visceribus cordis tui. Quomodo ē hoc ꝙ cōtinēs sit in contēto. O homo vulnera cor tuū si vis hanc intelligē questionē. Aperi cor tuū clauis ⁊ lancea et vita subintrabit. Non enī intrabit sol iusticie in cor clausum. Sȝ o vulnerata domina vulnera corda nostra ⁊ in cordib⁹ nostris tuam et filiū tui renoua passionē. Cor tuum vulneratū coniunge cordi nostro vt tecuȝ tuis vulneribus parit vulneremur. Cur hoc totū cor saltē domina nō habeo: vt quocūq̧ pergā semper tuo filio videam te confixā. O domina si nō vis michi dare tuū filium crucifixū nec cor tuū vulneratū: saltē queso michi tribue filiū tui vulnera contumeliasq̧ ⁊ illusiones ac opprobria ⁊ illa que ī te sentis. Que enī mater est q̄ si posset ⁊ a se ⁊ suo filio nō aufferret passiōes ⁊ in suo poneret seruo. Aut si sic inebrieta es istis ꝙ nec ea vis a tuo corde nec a tuo filio separare. Saltem domina illis ignominiis ⁊ vulneribus indignissimū me coniunge vt tibi ⁊ filio tuo solatiū sit habere socium penarum. O ꝙ beatus essem si possem vobis saltem in vulneribus sociari. Nam quid ē maius hodie domina ꝙ habere cor iunctuȝ cordi tuo: etiam ⁊ filiū tui corpori perforato.

Nōne coꝛ tuū plenū est gratie illius. Et si apertū est gratia illa nō decurrit in coꝛ sibi iunctū. Et filius tu⁹ gloꝛia beatoꝝ quō si perfoꝛatū est coꝛp⁹ eius nō emanat illius dulcedo gloꝛie in coꝛ sibi iū ctum. Non enī intelligo aliter posse eē sed timeo ne simus aliqñ longe ꝛ credam⁹ esse pꝛope. O dña quare michi qd̄ peto nō tribuis. Si te offendi pꝛo iusticia coꝛ meū vulnera. Si tibi seruiui: nunc pꝛo mercede peto vulnera. Et vbi est dña. vbi ē pietas tua. vbi est immēsa clemētia tua. Quare facta es michi crudelis q̄ semꝑ fuisti benigna. quare facta es michi amara q̄ semper fuisti dulcis ꝛ pia. quare facta es michi auara que semper fuisti liberalis ꝛ larga. Non peto a te dña solē neqꝫ sydera sꝫ peto vulnera. Quid est hoc si de istis vulnerib⁹ es auara, aut a me dña vitam auferas coꝛpoꝛalē aut coꝛ meū vulnera. Uerecundū enī ꝛ oppꝛobꝛiosum est michi videre dn̄m meū iesum vulneratū ꝛ te cōuulneratā dñam, et me seruū vilissimū pertrāsire illesum. Certe scio quid faciaꝫ vel tibi sine cessatione vel inēmissione cū clamoꝛe ꝛ lacrimis tuis pedib⁹ ꝓuolutus postulabo ꝓclamabo ꝛ ero nimiū impoꝛtunus. Aut hec michi tribues aut si me ꝑcusseris vt recedaꝫ tū stabo ꝛ tua sustinebo flagella donec ero vndiqꝫ vulnerat⁹: nec aliud a te nisi vulnera peto. Si aūt sine ꝑcussione blādiri volueris perseuerabo cōstans ꝛ tua recipiā blandimēta. et ipse blādicie coꝛ meū vulnerabūt amoꝛe. Si aūt nec quicq̄ dixeris tunc coꝛ meū vulnerabit tristitia et doloꝛe. ꝛ sic sine doloꝛe non recedam.

¶ Circa passionē domini sex sunt ꝯsiderāda
Capitulū quartum.

Circa passionē dñi iesu sic potest hō se habere vt cōsideret eā. Primo ad imitandū. secūdo ad ꝯpatiendū. tertio ad admirādum. quarto ad exultandū. quinto ad resoluēdum. Sexto ad quiescēdum. Primo igit eam cōsideret ad imitandū. hec enī est sūma ꝛ pfectissima christiani imitatio. hec est summa ꝛ pfectissima vita imitādo xp̄m. hec est sūma et perfecta religio ꝛ religiosa pfectio. hec ē regula ꝛ exēplar pfectionis oīs vite ꝛ virtutis. s. christū imitari ī passione ꝛ morte. Sit ergo regl'a nostra viuēdi passio saluatoris. et tanto āplius in hoc cōsolemur quāto āplius christo ꝯformemur ꝛ tanto āplius desolemur q̄to ab hoc exēplari ꝛ regula āplius elōgamur. Semp ergo q̄tuȝ in nobis est velim⁹ ab oībus ꝯculcari deuici vilipēdi illudi psequi flagellari et in diuinis obsequiis ab oībus exprobrari. Simus nudi cū eo nudo ꝛ nichil penitus cupiam⁹ habere immo habere aliq̄d sit nobis grauissima pena ꝛ dolor īmensus. nichil aūt habere plena exultatio. Abhorream⁹ dulcia ꝛ delectabilia degustare. ꝛ potius velimus vilibus et amaris cibari. ꝛ desiderem⁹ ꝙ quelibet cibaria felleū nob potius q̄ melleū ferant saporē. q: ipse xp̄s felle et aceto fuit potatus. Et vt breuiter dicā ꝯsiderem⁹ q̄ ꝑ nobis sustinuit qualit̄ in passionib⁹ se habuit. et nos ꝑ modulo nostro q̄tum possumus ꝯformemus eideȝ. ¶ Scdo deberet eam hō ꝯsiderare ad cōpatiendū. Debem⁹ enī ꝯsiderare ipsius flagella illusiones opprobria. ꝛ in corde nostro ruminare ꝛ ymaginari q̄ta ibi fuit deiectio ꝛ contēptus erga dñm nostrū iesum christū q̄tus dolor q̄ta ve afflictio in corde ꝛ corpore. Sic et ratione passionis ꝛ

cōpassionis pro petis nostris fuit. Cōsideremus q̄ q̄ta tunc amaritudie replet⁹ erat āgelo₂ dulcedo q̄tumq₃ aggrauabat eū non tm̄ pene illatio ⁊ nr̄a īgratitudo s₃ ⁊ assistētis matris afflictio quā sic di ligebat. ⁊ quasi deficere p₂e ⁊ passionis dolo₂e vi debat. Ibi filius crucifigebat cū matre ⁊ p₂opter mutuā et intēsam dilectionē ex cōpassione mutua erat nimia afflictio vtriusq₃ ⁊ maxie cū pro inuicē paterētur. Sciebat mater q̄ filius patiebat p ip̄a sicut pro reliquis redimēdis. Sciebat filius ⁊ cer tissime scrutabatur q̄ suus gladius ex cōpassione matris aīam ptransibat. Vn̄ passio filij erat passio matris. Eya ergo chustiane hec v̄te ⁊ cōuerte in co₂de tuo ⁊ totū co₂ tuū reple ⁊uictis illis ⁊ penis vidēs dn̄m tuum ⁊ spōsum tuū p₂o te talia sustinē Si enī ei per amo₂ē bene vnitus fueris tunc ⁊pa tieris eidē. Si autē non sentis dolo₂ē capitis quō es vnū cum ipso. Et sicut plus cōpatiēdum est ca piti q̄ ceteris mēb₂is: sic magis sine cōparatione sibi ⁊pati debemus plusq̄ q̄tumcūq₃ dilecto filio vl̄ amico. īmo plusq̄ ti bi ipsi si omnia p̄dicta pate reris. Nunc q̄ carissimi felle ⁊ absintio atq₃ mirra īeb₂iamur ⁊ solū eius vulnera sentiam⁹ transfigāt co₂dis nostri īntima eius cōuicia flagella ⁊ vulnera nec in nobis sit qd̄ nō pfundat cōpassionis dolo₂e ⁊ affigat intēse. ¶ Tertio ⁊siderem⁹ eā ad admi randū. Si enī consyderem⁹ quis q̄ pro quibus pas sus est multū mirari debem⁹. Quis sc₃ filius dei verus sūme potēs sapiēs ⁊ bonus et simplr̄ quic quid nobilitatis ei attribueris nichil est adhuc re spectu magnitudinis sue. Omnia q̄tūcunq₃ bona sint ⁊ magna sunt sicut q̄dam fauilla īmo quedā

vnitas in 9paratione ipsius. Sȝ q̄ peregrinationē fugā/sitim/famē/calorē/frigus/tētatōes/horrores/psecutiones/obseruationes/sputa/opprobria vicuia/flagella/illusiones 2 dolores/plagas ⁊ vulnera Conspuit̄ eni gloria. 9dēnatur iusticia. iudex iudicat̄. inoffēsus iculpat̄. innocēs infamat̄. deus blasphemat̄. xp̄s conculcat̄. occidit̄ vita. obscurat̄ sol. luna denigrat̄. sidera dispguntur. ⁊ hec oīa tollerat patiēter vt agnus cum solo nutu omnē creaturā demergere posset in profundū inferni. Sȝ ꝑ quibus hec patitur. Pro nequissimis mācipiis ꝑ sceleratissimis iimicis imo pro dyabolicis viris ⁊ per imitationē dyaboli filiis. pro contēptorib⁹ diuine maiestatis ⁊ diuine bonitatis īgratis. Ergo talis ⁊ tantus talia ⁊ tanta ꝑ tam vilissimis et abiectissimis passus est. Sed a quibus. a specialiter predilectis ⁊ aliis p̄electis quibus omnē benignitatem ostendit. a vilissimis maximus. a stultis sapiētissimus. quia dei v̄bum ⁊ dei sapiētia. ab īpiis summe pius. a sanie fetidissima splendor eternus In his ergo omnibus in diuine benignitatꝫ ⁊ largitatis admirationē eleuemur. ¶ Quarto consideremus eam ad exultandū. Exultare in ea debemus de redētione humana restauratiōe angelica et diuina clementia. De redēptione humana sine dubio nimis gaudere debemus facta per christi passionē ⁊ mortem. Quis queso nō exultet ⁊ gaudeat cum cernit seipsum per hanc beatissimā passionem liberatū a dānatione eterna a culpe ignominia a potestate diabolica. Sed quis nō exultet in immēsum cum cernit deū ipsum in tantum diligere vt tante vtilitati et penalitati subiecerit se-

metipsm pro eo. Non q̄ gaudeat de eius vtilitate z passione dico sed de eius effectu affectusq̧ et amoris manifestatione. Quis princeps in regno vel iperio alicuius iperatoris vel regis cernēsq̧ tm̄ a rege vel iperatore diligi vt paratus eēt mori pro ipso non gauderet ⁊ exultaret. Quātomagis nos vilissimi hoies ⁊ nephādissimi pctōres ⁊ serui gaudere debem⁹ et exultare cū videmus regē regum et dn̄m dominantiū ⁊ creatorē nostrum iesum nos ita cōtinue diligere vt imolauerit seipsuz p̱ nobis in tam turpi z vilissima morte. Debemus etiā sup extolli imensa exultatione. Plus eni sine cōparatione me diligit q̄ ego meipsum. Gaudem⁹ etiam et exultemus q̧ per christi passionē restaurata est āgelica ruina. Magna iocūditas debet nobis esse cū videmus p christi mortē tam nobile collegium reparari de nobis vt fiat vnū ouile ⁊ vnus pastor ⁊ simus vnū in vno. In hoc eni debet tota celestis curia ⁊ etiaz militaris ecclesia gratulari. O certe amabilis ⁊ venerabilis passio saluatoris q̄ sic disiuncta cōiungis ⁊ trāseq̄strata cōglutinas et vnis firmissime in similis stringisq̧ vinculo 9summati amoris ⁊ felicitate gaudy sempiterni. Precipue aūt gaudere ⁊ exultare debem⁹ cernētes in supradictis oibus summā clemētiā dn̄i deiq̧ nostri iesu christi. Hec puto summā esse gloriā bonoꝝ tā hoiz q̄ etiā angelorū q̄to intimius ⁊ p̱fundius contēplātur clemētiam ⁊ beniuolentiā dei ⁊ imensitatē bonitatis eius. ⁊ hoc dz esse cuiuslibet 9tēplantis exultatio medullaris. Sed vbi queso magis apparet diffusio bonitatis diuine ⁊ benignissime clemētie dulcissimi ⁊ amātissimi patris ⁊ dn̄i nostri iesu

christi q̄ in passione sua. vbi talia tāta tam turpia et grauia sustinere voluit ꝑ inimico suo liberādo ⁊ glorificādo ꝑ vanitate quadā digna morte eterna In istud gaudiū intret hō et reficiatur magnificētia benignitat[is] diuine. Accedat hō ad cor altum ⁊ in corde suo exaltetur excellentissima ⁊ inenarrabilis clemētia christi passi ⁊c. ¶ Quīto etiā ꝯsiderem⁹ beatissimā christi passionē ad cordiū nostrorum reso lutionē ⁊ etiam ꝑfectā transformationē in ipsum. qđ fit quādo hō non solū imitatur ꝯpatitur admiratur ⁊ exultat: sed etiā totus hō conuertitur in eum sc[ilicet] dn̄m nostrū iesum xp̄m crucifixum vt iam quasi vbiqз ⁊ semꝑ crucifixus sibi occurrat imo tūc ille vere in ipsum resoluitur homo qn̄ exiens ex se ⁊ suꝑ positus vniuersis. imo super se abstract⁹ ab oībus totus est cōuersus in dn̄m suū passum. vt nichil videat aut sentiat intra seipsum nisi xp̄m crucifixū illusum exprobratū ⁊ passum pro nobis. ¶ Sexto consideremus eandē vilissimā christi passionē ad quietē dulcoris interni. qđ fit quādo resolutus hō (vt dixi) sitibūdus eandem passionē ruminare nō cessat. ⁊ intrās ꝑm posse suum illū passionis thesaurum humiliter ⁊ deuote liquescit amore deuoto. et feruida deuotione vel dilectione deficit a se. ⁊ requiescit in xp̄o crucifixo. Sз quāto ei plus ihēret ⁊ appodiat: tanto āplius deuotissimo amore in se deficit ⁊ liquescit. et q̄to plus deficit a se amore ⁊ deuotione tanto āplius eidē delectio ꝑ semꝑ iho inheret ⁊ plus requiescit in eo. Et sic mutuo se augent adhesio amoris ⁊ deuotio. donec tota sponsa absorbeatur ab illo camino amoris passionis dilecti Sic in āplexibus sponsi soporata deficit ꝗ clamat

⁊ dicit. Adiuro vos filie hierusalem ne euigiletis necꝫ suscitare faciatis dilectã donec ipsa velit ⁊c̃. Sic ergo circa passionẽ domini ds eẽ imitatio ad purgationẽ mẽtis ⁊ dilectionẽ ꝯpassio ad vnionẽ ⁊ amorẽ admiratio ad mentis eleuationẽ. gaudiũ ⁊ exultatio ad cordis dilatationẽ resolutio ad perfectã confirmationẽ qui es 2 pausatio ad deuotionis compositionẽ.

¶ Qualit̃ passio dñi adaptaẽ q̃ttuor affectib⁹ ai̅.

Ed nec dũ ruminare cessemus xp̃i gloriosissimã passionẽ vt per eaꝫ dirigamur in oĩ bona affectione virtute sapiẽtia cogitatiõe locutione ⁊ opatione. Sed p̃mo de quattuor affectibus animi videamus. qui sunt gaudiũ dolor spes ⁊ timor. In hac aũt beatissima passione daẽ nobilissimi gaudij materia ⁊ vehemẽs exultatio. Ibi est etiã oĩs inutilis ⁊ nociui gaudij resecatio. Ubi ẽ maior materia gaudij ⁊ exultationis q̃ circa xp̃i passioneꝫ. q2 ab oĩ potestate dyaboli liberamur a culpa ⁊ pena absoluimur in dei filios adoptamur: et xp̃o in matrimoniũ iũgimur. qua etiã gratia largiẽ. celũ aperiẽ gloria offerẽ ⁊ datur. Ubi maior est ⁊ excellẽtior gaudij materia q̃ vt videamus nos a deo in tantũ diligi vt talia voluerit pati pro nobis. Est etiã ibi ĩutilis ⁊ nociui gaudij resecatio. Considera dñi nostri passionẽ vilissimã et videbis quõ resecãda est omnis ꝯsolatio corporalis ⁊ oẽ gaudiũ corporale ⁊ oĩs laus humana. Est etiã in hac vilissima passione materia imensi doloris. In dolore eñi domini nostri iesu christi debemus intime sibi cõdolere ⁊ ꝯpati. Debem⁹ etiã ei cõdolere ⁊ multũ dolere q̃ pctã nostra fuerũt sibi occasio tante abiectionis ⁊

tam imēse afflictionis. Est insup ibi materia spei Qui enim ꝓprio filio suo nō pepercit sed ꝓ nobis oībus tradidit illū. quō etiā cum illo nō oīa nobis donauit. Est etiā ibi vehemēts materia timoris. Si enī pro delictis nostris passus est hō deus in q̄ nō potuit esse peccatū q̄to mag' punient pctōres Si enī sic actū est in viridi: qd fiet in arido. Inuicē aūt coniunge scz gaudiū ⁊ dolorē. spē q̄ ac timorē ne desperationē incurras vel presumptionē. Et si aliqualit adaptatio de q̄ttuor animi effectibꝰ p3.

¶ Quomodo passio dñi adaptatur virtutibus. et primo fidei ⁊ post de aliis. ca. vi.

Hanc aliquantulū de virtutibus videamus diuinis. Quid dicemus de fide? Dico q̄ hec est robur ⁊ fundamentum totius christiane fidei vel religionis. ¶ Peto an deus erat iste qui passus ē aut nō. Si sic habeo propositū: quia ipsa passio veram humanitatē demonstrat. patet ipsum eē verū deum ⁊ hominē. Si autem dubitas: ostendo tibi ex ipsa passione ipsuȝ fuisse deum. Nam si nō erat deus ⁊ dicebat se eē deum erat superbissimus hominū immo ⁊ demonū. quia lucifer nunq̄ dixit se eē deum. licet quantū ad aliud voluerit eē similis altissimo. Sed sic superbū impossibile est tantam deiectionem illusionē passionem ⁊ ignominiosam mortē subire tam voluntarie tam humiliter tam pacifice ⁊ velle cū peccatoribus reputari. q̄ christus se deum ostendere voluit per multotiens occultauit. Si enī non erat deus ⁊ volebat se ostendere deum quicquid fuisset vtilitatis fragilitatis ⁊ deiectionis occultasset pro posse. Ideoq̄ nec

famē nec sitim nec laborē nec fatigationē nec lacrimationē nec timorē nec vllum dolorē ondidisset sed si habuisset libēter occultasset. Nec enī multū curasset se ostēdere hominē ꝛ maxime passibilē et mortalē sed ꝙ videret̄ esse apparētie sublimitatis ꝛ magnificētie vt posset aliqualit̄ credi deus. Suf fecisset supbo credi: deus nō multū curasset reputari hō. Cuꝫ hec simul credere sit difficillimū ꝛ parum ad elationē superbi faceret reputari hō mortalis. quō obsecro dixisset. tristis est aīa mea vsqꝫ ad mortē. quomodo se dixisset filiū hoīs. Si dicas ꝙ nō voluntarie sꝫ inuite passus est. hoc stare non pōt. qꝛ ipse dixerat. Ecce ascēdimus hierosolimā: ꝛ filius hoīs tradetur vt crucifigat̄ ꝛc. Quī predixi oīa. Si dicas ꝙ hec ad deceptionē fecit: hoc nihil est ꝙ scꝫ aliquis se velit morti tradere propter aliquā deceptionē. Si dicas ꝙ videbat̄ mori sed non moriebat̄. Ad hoc dico ꝙ nullo mō hō ꝗ̄tumcūqꝫ malitiosus seu etiā dyabolicus nec etiā dyabolus hoc fecisset. qꝛ nō erat istavia tradēda ad credēdū aliquē non deū esse deū sed potius ꝯtrariebat̄. qd̄ patet: qꝛ discipuli eius relicto eo abierūt. et vt dr̄ in sola virgine remāsit fides ecclesie. Stultissimū enī ꝛ incredibile est nec etiā licet dicere nec etiam cogitare ꝙ hō ꝗ̄tumcūqꝫ dyabolic⁹ procuraret se ab oībus pro deo coli tam ignominiosa morte ꝛ vilissima deiectione sꝫ potius ecōtrario. cum passio christi sit iudeis scandalū gētibus autem stultitia Ex qua gloriosissima passione arguit̄ iesum xp̄m nō esse tm̄ verū hominē sed etiā verū deum ꝛ oīm dn̄m. Itē si solam humanā laudē quereret ꝛ appeteret nōne descēdisset de cruce qn̄ iudei dixerunt.

descēdat nunc de cruce ⁊ credimus ei. Nec enim ignominiose ⁊ si non esset expediēs hoī decipere volēti(vt ostēsum est) tñ congruētissima fuit deo saluare cupiēti ratione sue bonitatis potētie ⁊ sapiētie qui nō ꝓcurabat nisi nostrā redēptionē ⁊ salutē obediēdo patri vsqꝫ ad mortē.

¶ De spe ⁊ caritate.

e Et aūt hec gloriosissima passio nō solū fidei fundamētum sed ⁊ spei erectio. Ubi seipsuꝫ donauit ⁊ caritatis inflāmatio. vbi se ꝑ nobis imolauit. Et hec sufficiāt de theologicis virtutibꝰ et etiā de cardinalibꝰ. de quibus tñ latius taꝫ in precedētibus ꝙ etiam in sequētibus patet.

¶ De quattuor virtutibus cardinalibꝰ. ca. vii.

Et nichilominꝰ exemplū ⁊ ratio ꝑfectissime prudētie tēperantie fortitudinis et iusticie. ficut intelligētibus apparet manifestissime.

¶ De septēplici ascensu ꝯtēplationis in passione ſm septiformē gratiā spūs sancti. ca. viii.

i In hac etiā gloriosissima passione gloriosissime relucet speculū sapientie ⁊ intellectus consiliū ⁊ fortitudinis sciētie ⁊ pietatis et timoris Sed qualit ibi sit ⁊ apparet sūma sapientia et sensus cōsummatꝰ cogitare de ea. et ꝙ sapiētissimus hō fiat in illa ⁊ de aliis donis ptractare ꝑ singula nimis ē prolixū. Adhuc tñ carissime frater potes in ꝓclarissima passione quaꝫ noiare sum indignus septē ascensus siue gradus contēplationis euidētissime speculari ſm septiformē gratiā spūssancti donū scꝫ sapiētie ⁊ intellectus ⁊c.

¶ Ascensus primus siue gradus per donum sapientie.

interiorē ordinationē multū laborare. ꝛ illud ideꝫ vel melius habebit alius in sola mentis conuersi-one ad deum. Secūdo cogitare debes ꝙ illud qđ habere laboras ꝛ modo đ nouo incipis degustare sit iam in aliis inueteratū ꝛ firmiter radicatum. Et fortassis ista est ratio vna quare affici sicut tu exterius circa bona spiritualia nō videtur. qꝛ dul cedo spiritualis dē nouo veniēs mutationē indu-cit. sed nō sic vt credo. illū qui iam diu est mutat⁹ imutat sed pficit ꝛ cōseruat. Et qñ vides te quodā modo liq̄fieri pre amore alios vero minime: cogi-tare debes ꝙ ad calorem solis iusticie ad similitu dinem solis materialis aliqui liq̄fiunt pre amoris feruore adeo vt sua mēbra valeant sustinere. Aliq̄ vero desiccātur. nō solū ab aquositate peccati sed etiam ab humiditate reliquiaꝝ peccati ꝛ in bono ita consolidantur contra malū vt nichil a caritate dei valeat eos separare. Aliqui vero maturescūt ita ꝙ sibi tam interius q̄ exterius dulcissimi vide antur et abolita iam omni mentis acerbitate iam potius in patria q̄ in via habitare cernātur. Aliq̄ vero crescēdo ad modum arboꝝ q̄uis tales dulce dines non degustēt. crescētes tamen de die in diē fiunt apud deum maiores. Aliq̄ autem putrescunt vt mali. Cum ergo aliquos istorum effectuū reci-pis debes credere ꝙ ille idem effectus vel maior sit in fratre tuo. Et q̄uis non sic cito liquefiat pre amore sicut tu fortassis consolidat vel maturescit vel crescit in bono ꝛ huiusmodi sunt forsan meli-ores effectus. Et certe cum credis te liquefieri tu marcescis. ꝛ ideo alios nō minus te propter talia pfectos indices sed potius time ne sibi tu valeas

comparari. Nam si cera cũ liquescit ad solem. ceteris creaturis diceret nulluz beneficiũ solis aut nõ ita magnũ percipitis sicut ego stultũ esset. qꝛ ⁊ si nõ liq̃fiant ad solẽ sicut ipsa tñ arbores potiora fructus ꝑcipiunt beneficia. Potes et a te adhuc totaliter ꝑdictã temptationẽ effugare. Debes nãqꝫ cogitare ꝙ sicut q̃tum ad bona tẽporalia bonitatẽ dei percipim⁹ oĩs ita tamen ꝙ ꝫm aliam rationẽ iste ⁊ ille ⁊ quot hoies imo quot creature sunt tot participãdi dei bonitatẽ differẽtes rationes recipiunt. ita simili modo credẽdum est q̃tuz ad spiritualia in rationalib⁹ creaturis. Nam grã naturã perficit. et hanc diuersitatẽ in spiritualib⁹ innuitur apostolus ad corinth. cum dixisset. Uolo aũt omnes hoies esse sicut meipsum cũ statim subdit. sed vnusquisqꝫ propriũ donum ex deo habet. alius quidẽ sic alius vero sic. Et ex aliis diuersis locis hanc veritatẽ habere potes. Si ergo ita est quomodo nõ aliter spiritualit̃ viuet ⁊ seruiet iste q̃ tu. Aliqui eñi tendunt ad deũ per quietẽ. aliqui per laborem. aliĳ sic. aliĳ vero sic. Et multotiẽs est melior qui vilior reputatur. Non ergo aliquẽ imperfectiorẽ te iudices si nõ facit oĩa que tu facis Cum etiã vides fratrẽ tuum cũ aliquo vel cum aliquibus ꝯmorari ⁊ tu sollitarius es tunc cogitare debes ꝙ iste ꝑfectus est in caritate ⁊ propter magnam dei dilectionẽ vbiqꝫ sit cũ eo siue cum fratribus sit siue solus. Et qꝛ tu in dilectione dei es imperfectus vix te potes ad proximũ conuertere quin offendas. vix autẽ aut nunq̃ ad deum potes bene te conuertere quin oporteat te a proximo sequestrari. sed hoc certe imperfectionis est. Nam

angeli qui sunt in caritate perfecti ita bene mouē
tur in deū cum sunt nobiscū: aut cum nobis mini-
strant sicut cū sunt in celo empireo. Hoc tamē nō
dico q̄ credā sic totaliter posse in via fieri. siue dū
viatores sumus sed aliqualiter possumus eos seq̄
Adhuc etiā potes cogitare q̄ sunt ab istis exteri-
oribus retracti & soli deo vacant. et ita feruenter
mouentur in ipsum q̄ propter nimiam intentionē
mentis corpus dissolui videatur & ad nimiā redi-
gatur debilitatē. Et ideo vt vires resumant ne pe
nitus deficiāt & ne etiam sua sanctitas ab aliis ad
uertatur se offerunt vt seruos solatio proximorū
semper tamē omnia ad honorem dei faciētes. Et
ideo stultū est fratrē suum iudicare pro qualibet
trufa vel imperfectū reputare. Sunt enim hodie
multi honestissimi exterius qui parum proficiunt
interius. et multi sunt dissoluti in gestibus q̄ sunt
in corde sanctissimi aut amicissimi dei. Aut quod
peius est aliqui sunt odoriferi hoībus & corā deo
sunt fetidissimi & sue exterioris sanctitatis iam suā
receperunt mercedē. et aliqui apparēt hominibus
peccatores & eorum cōuersatio interior ē in celis.
Non dico tamē quin multotiēs conuersatio exte-
rior correspōdeat interiori. Et quia hoc vel etiam
contrariū discernere non valemus omnes esse dei
filios iudicemus & nos iferiores oībus nisi tamē
manifeste contrariū videamus. Nam de bonis et
de sua eminētia sanctitatis incerti sumus: sed de
nostra multiplici malicia sumus certi. Magna est
enī presumptio velle circa proximū meū limitare
influētiam diuine bonitatis. q̄ michi omnes mo-
res sui nō placent. Quid insanius q̄ diuinā influ-

entiam vel complacētiam velle s̄m meā complacentiā regulare. Hoc aūt tunc facio cum illud qđ nō michi placet suspicor nō placere deo. Cū etiā vides aliquos circa exteriora implicari tunc cogitare debes ꝙ illa ad laudē sui creatoris referant. ꝛ magis in illis circa deum afficiātur ꝙ̄ tu cum te recte conuertis ad deū. Fortasse enim qꝛ sic deum diligunt vehemēter student ipsum querere in omnibus creaturis. qꝛ ipsum in omnibus nimis laudabilem ꝛ desiderabilē esse credunt ꝛ cognoscūt. Et hoc est magnū gaudium ꝛ leticia eorū. cum vidēt etiā in rebus vilissimis summā dei potētiam bonitatem ꝛ sapiētiam mirabiliter commēdandam. et ideo illa vilia forte sic libēter pertractāt ne assimilentur nobis quibus omnia sunt nociua. Sȝ forte quando credis eos ociosos esse inenarrabili tunc leticia spirituali perfundūtur interius ꝙ̄uis hoc dissimulēt vt sapiētes. Aut forte qꝛ se reputāt ita viles nō presumunt se diuine faciei continue presentare. sed se vilibus adiungētes nitūtur reuerti ipsi in corde. ita tamē ꝙ ipsum in veritate aliquādo contēplant. Et hec potest eē ratio quare sic semꝑ cum aliis iocūdantur. qꝛ oritur eis leticia ꝙ sic viles homines sicut se esse existimāt possint cū eis quos filios dei reputant ꝯsolari. Et si dicis ꝓpter aliquos ergo deberēt cum melioribꝰ conuersari. Dico ꝙ forte illos meliores reputant qui minorē simulāt sanctitatē. Aut forte esse cū illis nō reputant se dignos. qꝛ nimis conuersationi illorum est dissimilis vita sua. ꝛ ideo sufficere eis videt̄ si valent esse cum illis dei filiis quos possunt aliqualiter imitari. Sciunt enī ꝙ in habētibus symbolū faci-

lior est transitus. aut forte nolunt esse cū magnis vel nimis perfectis/ ne sua bona intentio cognoscatur. Potes etiā cogitare ꝙ forte hoc concessit eis dn̄s vt circa ista extrinseca īplicētur ⁊ cum fratribus conuersantur. qꝛ sic est deū difficilius possidere ꝙ̄ si sollitarij permanerēt et quāto cū maiori pugna ⁊ labore deū obtinēt: tanto est eis laudabilius. Quis dubitat ꝙ si hō̄ implicitus vite actiue negocijs adeo ꝑfecte possidere deū, sicut ille qui moratur solitarie qui ei laudabilius eēt. Et certe vbi est maior resistētia ibi aliquā do intēditur vis amoris ⁊ per multiplicē intentionē actus sine fervoris augetur substantia caritatis. et inde maius premium assequūtur. Cum ergo eos credis ꝑdere ipsi lucrātur ⁊ cū eos existimabis infirmos inuenire patria sup te inuenies exaltatos si tū ibi fuer[is]. Multū enī timēdum ne sicut humilitas ipsos exaltat ita nostra supbia qui oēs alios volumus iudicare nos deiciat in infernū. Aut cogita de eis ꝙ ipsi approbāt posse se deo seruire ꝑfecte in his ad que se inueniūt paratos magis ꝙ̄ accedere ad ardua ⁊ deficere sicut facis. Multū enim reputāt vel reputare debēt incongruū aliquid tanto dn̄o agere imꝑfecte. aut forte tam magna in occulto ꝙ̄ parua in publico tam terrena ꝙ̄ celestia attemptant facere vt in oībus his inimicus humani generis impinguetur ⁊ ipsi in omnibꝰ mereātur. Et ꝙ̄uis sic imꝑfecte tibi videātur forte plus in vno interiori motu mouētur ꝙ̄ tu in multis, imo forte plus ꝙ̄ tu in oībus ⁊ hoc ignorans minores te non iudices alios. sed lauda dominū qui dignus est te eis associare quoꝝ forte meritis spūaliter viuis ⁊

si nō vivis p eos forsitan viues. Hec aūt dixi ad re primēdum dyabolicā temptationē. Et q̄uis sit sic aliq̄n aut sic eē possit ꝛ sic de proximo iit credēdū tñ simpliciꝰ michi magis placet. ꝛ credo ꝙ magis placet deo vita contēplatiua q̄ actiua ꝛ vita sollitaria q̄ domestica. ꝛ mihi magis placet honestas q̄ dissolutio. et hec credo magis esse eligenda q̄ illa. quia ꝛ si illa posset ordinari in deum et in sapientibus ordinetur tamē semper quod est propinquius fini magis est eligēdum et magis ipse finis q̄ quod est ad finē. Et ideo licet ita se habeāt ista tamen non est dubiū ꝙ persone ista habētes se habent vt excedētia ꝛ excessa. Nam aliqui actiui maiori sunt caritatis et meriti q̄ aliqui contēplatiui ꝛ econuerso et aliqui domestici q̄ aliqui sollitarij ꝛ econuerso. Quicquid tamē habeamus dūmodo deo placeamus magnū erit. quia in tanta multitudine hominū pauci sunt deo grati. Cuiꝰ rei causa et p nobis ꝛ proximis debemꝰ cotidie lachrimari non modicum ꝛ deprecari vt dignetur nos facere sibi gratos aut si sumus vsqꝫ in finē in gratia nos conseruet. Quod ipse nobis cōcedat qui propter hoc voluit incarnari ꝛ taliter vulnerari. Amē.

Contra superbos ꝛ de se presumētes. Capitulum .x.

O Superbe. O luciferi imitator immunde. nunquid te cogitas dominum esse. an omnia esse a deo ignoras? Si ergo te aliquid ꝓtestaris tunc certe deum te esse fateris. Sed amplius vide vt tua insania reprimatur. Nonne de alienis stultuꝫ est gloriari. Cum ergo cuncta sint a deo si tu de

aliquo gloriari te comprobas esse stultum. Si aũt hec ignoras: te cõprobas esse cecum. Audi ergo insane. si gloriari vis ⁊ stultus apparere non vis: exclude que nõ sunt tua ⁊ de reliquis glorieris. Sed certe si omnia nõ tua excluseris in nichilum redigeris. ergo de nichilo gloriare si nõ vis incurrere vanitatẽ. Sed specialius ad dona gratum facientia descẽdamus. De illis gloriari nõ potes qꝛ hec te habere ignoras. imo si gloriaris nõ habes Sed etiã ꝗ habeas supponamꝰ qualiter ea possideas videamus. Tibi proditori ⁊ infideli seruo domini tui iusticiã quam habes noster benignissimꝰ dominus tanꝗ pannũ albissimum dedit. ⁊ tu eam stillare nõ cessas sanguine mẽstruato. Sed o vesania plene. vtinam saltẽ frontẽ mulieris meretricꝭ haberes. Queso que sit meretrix sic corrupta que de mẽstruo glorietur. immo quasi nullã inuenies meretricẽ que de hoc nõ intime confundatur. nec etiam audet hoc ipsa amãtissimo sponso reuelare. Quid ergo o stulte in malicia gloriaris. Si tantũ in mense semel ad modũ mulieris deficeres: haberes forte causam gloriãdi. Sed erubesce ⁊ dole qꝛ continuus vel quasi cõtinuus est fluxus tuus. Si ergo a te solum est malũ ⁊ a deo tantum est bonuꝫ nõ in te sed in domino glorieris. ⁊ de tua turpitudine coram oculis diuine maiestatis cõtinue erubescas sicut deficere nõ desistis. Sed dicis. In me nolo de cetero gloriari. sed tamen cupio ab oĩbus cõmendari. Sed o impie latro audi. Nonne stultũ est largissimo domino qui oĩa tribuit abundanter furari q̃d sibi carissimũ est maxime vt videat ⁊ sibi displiceat ⁊ sustinere nõ valeat Sic est stultus qui

ab hominibus laudē querit. Ideoq cum vniuersa propter semetipm operatus sit deus. oēs laudes omniaq laude digna ad honorē referas dei tui et in teipso cogita diligēter q ad hoc creatus es et redēptus vt nō tu sed deus in tuis operibus commēdetur. Tu ergo domini voluntatē fideliter exequaris vt laudari abhorreas. deum autē gaudeas ab oībus exaltari. Et qto magis ab aliquo cōmendatur tanto in maius gaudium eleueris. et studeas qtum potes mēte lingua et opere deum tuū omni tpe adorare semperq actu soiā suā laudē intēdas Si eni bene diligeres dnm deum tuū eiusq honores appeteres vt deberes malles amarissimis quibuscunq semp pasci et ab oībus stultus reputari. immo tanq stercus abhorreri q quibuscūq deliciis abundare et qtumcunq ab oibus eleuari aut qtacunq corporali perfrui sospitate/ si deus tuus in te amplius nō laudaretur. Et etiā posito q par esset premiū vtrobiq hoc deberet gratissimū esse nobis q altissimus deus noster a nobis et de nobis aliquod laudis munusculū recipere dignaretur. Sed propter nostras miserias in contrariū nitemur tota die. O mira ineffabilis amabilisq clemētia saluatoris qui tam benignissime nostris cōdescendit miseriis. Quis illam poterit nunciare? O homo totaliter te inuolue in sua misericordia et mirare et tam dulci dn̄o gratias agere nō desistas O mi dn̄e quid tibi contuli. q tam dulciter me supbum atq arrogantē pertractas et foues. Que est ista gratia quā inueni quod ante te me sustines ad momentū. Certe hoc nō merui sed potius cū feris habitare. imo bone iesu nec etiā creatura tua me

reoꝛ nominari. quid tibi pro his faciam. O immē-
sitas bonitatis quid pro his tantis beneficiis po-
tero tibi exhibere? ego nescio tibi satisfacere pro
delictis nec etiaꝫ pro beneficiis laboꝛare. nec tibi
valeo aliquid dare nisi tuum. Scio quid faciam:
Me tibi totaliter exhibebo et meipsum in te totū
proiciam: et semper timoꝛe ꝛ verecundia plenus
tibi ꝙ̄tuꝫ potero reuerētiam exhibebo. ꝛ si digna
beris tibi fideliter continue ministrabo. et si hoc
parum sit qꝛ quod potui feci non dubito cōpꝛoba
bis. Sed hoc maximū michi est si dignaberis me
tecum in area commoꝛari. O ꝙ̄ dulcis tunc michi
esset tua pꝛesentia summe bona. Accedā cum silē-
tio ꝛ discooperiam pedes tuos vt me digneris ad
uenā in matrimonio copulare. Non quiescā certe
donec tuis āplexibus gaudeā ꝛ ienarrabili dulce
dine cōsopitus in tuis bꝛachiis conquiescā. Tunc
deliciis affluam ꝛ mirabitur ꝛ dilatabit coꝛ meuꝫ
ꝛ mira suauitate. potius nichil nisi te potero cogi
tare. Attamen obsecro amabilis domine vt meo
regimini nullo tēpoꝛe me dimittas: qꝛ sum anime
mee laceratoꝛ ꝛ lapidatoꝛ impius. Omnia que mi
chi volueris elargiri sicut illa tribuis tu cōserua
et tibi soli sit honoꝛ ꝛ gloꝛia.

¶ De paucitate bene obedientium.

Capitulum. xi.

QUis dabit capiti meo aquam/ ꝛ oculis meis
ymbꝛē lachꝛimarum vt ploꝛare valeam per
fectoꝛum statum quasi ad nichilū iam redactum.
Nam terra culta diuinis consiliis chꝛisti exēplis
spinas ꝛ tribulos germināt pro frumento. Certe
quāto res perdita est nobilioꝛ tanto debet esse in-

tensior dolor. Sed vt de multis aliqua videamus de obediētia tanꝙ de religionis fundamēto pertractem⁹. Heu curre ⁊ discurre vtrū possis in sua perfectione in aliquibus eam inuenire. ⁊ credo ꝙ vix aut nunꝙ inuenies eam latitantē. Sed mirari potes ꝙ cum religiones ⁊ religiosi multiplicētur quomodo obediētie perfectio sic in paucis immo quasi in nullis valeat reperiri. Certe si multiplicata est gens nō est tamē magnificata leticia spiritualis intēsiue. Queso vt michi dicas quis est ille q̄ velit habere prelatū ad precipiēdū. nōne potius ad seruiēdum. Jam volumus prelatorū voluntatibus assentire? Certe non. sed volumus vt voluntates nostras debeāt in omnibus adimplere. Et si aliq̄d deest iam plus de ipsis ꝙ de scutiferis suis murmuram⁹ ipsis gladio lingue nō parcimus. et qđ peius est quod nobis ab alio esset gratum hoc ipso ꝙ fit a prelatis est nobis odiosum. Jam non cogitamus quomodo possumus eorum voluntatē plenius adiplere: ac nostrā voluntatē perfectius abnegare: sed quō possimus eis in oībus resistere et ad faciendum qđ cupimus eos coartare aut ad renuendum qđ nobis iniūgunt excusare ⁊ aliqua palliare aut diligēter inuestigam⁹ quomodo non teneamur sibi in hoc vel in illo aliquatenus obedire. Sed heu luciferi imitator qui preesse voluit potius ꝙ subesse. Timeo ne secū habitaculū habeamus ⁊ ad cōfusionē nostrā appareat xp̄s passus qui ꝑ nobis patri vsqꝫ ad mortē voluit obedire nichil sibi retinēs q̄ ꝓpria volūtas in oībus appetē cōsueuit. Si eni exinaniuit ad plenū: hunc imitati sunt patres nostri qui cū prelati eēnt se subditos

subditis faciebāt. Hoc sibi dulce. hoc delectabile. hoc sibi erat peramabile in his que magis sue voluntati contraria existebat. in his q̄ ad exterioris hoīs confusionē afflictionē ⁊ exinanitionē spectabant sibi infimis obedire. Non enim curiese librabant, an hoc melius illo hoc securius hoc laudabilius esset sicut quidā faciunt causa fuge sȝ cuncta que nō essent contra deū q̄tumcūq̧ ardua et vilia dum cernerēt esse ꝯm beneplacitū prelatoꝝ adimplebant auiditate maxima. Tanta eni in eis erat obediētie dilectio vt adimplēdam nō timerēt discurrere sup aquas nec ire ad capiēdas leenas. cuȝ iniūgeretur eis ⁊ multa alia que non sufficio enarrare faciebāt. Nec eni iudicauit eē infructuosum qui abbati obediēs quasi īportabiliter voluit per annū lignū aridū adaquare. Ibi apparuit obediētie celsitudo. qꝛ quod mortuū ⁊ aridum fuerat per obediētie meritū fructum fecit. Qui ergo de obedientia gloriamur cur nō potius de nostra supbia cōfundimur. Nunquid viri contēplatiui possumꝰ nominari. Timeo q̧ nec etiā christiani. sed potius imitatores luciferi. possumus ⁊ demoniaci appellari. Quomodo eni christianꝰ dici pōt qui christo cōtraria nititur adiplere. Nūquid christus considerauit q̧ ipse erat deus: et ꝯm humanitatē omni gratia ⁊ scientia plenus īmo q̄tum ad animā iam beatus: qui beate virgini ⁊ ioseph erat subditus? In soluēdo etiaȝ didragma seruis demonū voluit obedire. Nos vero sumꝰ sepulchra dealbata yporisi plena ossibus mortuoꝝ hoībus exterius mortui apparētes ⁊ interius tumore superbie vegetamur. Iam obedire renuētes dicimus q̧ nō sumus

vocati in seruitutē sed potius in libertatē. Ignoramus enī φ obedire vel seruire deo in hac obedientie seruitute regnare est. Quāto enī magis nosmetipos subiicim⁹ tanto maiori honore efficimur digniores. Non solū enim ipa obediētia reges cōstituet in furore sed ꝛnunc si in sua pfectione existat facit creaturis omibus dominari. Ad statum reducit pristinū ꝛ nihil contrariū nisi ad profectū anime fuerit molestare pmittit. aduersa facit pro spera ꝛ hominē adhuc imortali corpore facit āgelice se habere. Necnō ꝛ sui domini honorē appetē cū feruore zoibus postpositis laudē dei facit querere cū magna auiditate in qualibet creatura. nec nomē tuum permittit pertrāsire a seruitio dei. O virtus mirabilis que sui facit hominē obliuisci. et in suū semper tendere redemptorē ꝛ in terris ābulantē facit in celestib⁹ habitare. Quid ergo murmuras de obediētia o superbe. Cū enim dicit apostolus φ in seruitutē nō sumus vocati inuit φ non debemus nec deo nec prelatis obedire timore seruili ad modū seruoꝝ sed timore filiali ꝛ liberali ad modū filioꝝ: ac si voluerit dicere φ de cetero voluntatē nostram propriā non faciam⁹. Cum enim dñs iesus christus dicit. Qui vult venire post me nō adimpxit beneplacitū suū sequat. sed abneget inquit semetipm ꝛ tollat crucē suam ꝛ sequat me. et totā sacra scriptura tam vetus φ noua obediētiam laudat. Si enī bonā supbiam haberes nō renueres deo tam in se φ in alio quocūqꝫ prelato vilissimo obedire. sed potius dedignareris animam tuā tām nobilē subiicere alicui aliū creature vilissime. Mirū est aūt φ dedignatur homo deo seruire

in prelato ꝛ nõ dedignatur seruire vni libero aut alicui alii creature vilissime sed totum tẽpus suuꝫ nititur expẽdere circa nichil Ideoqꝫ pauper solli tarius si cerneret ꝙ plus ꝙ̃ alius offenderit ꝛ con tra dñm superbe egerit suã voluntatẽ in vindictã dei ꝛ sui niteretur in oibus abnegare ꝛ seipm ab hoīẽs vellet ab oibus conculcari: semper tamen ad honorẽ dei sui omnia referẽs. Quod facẽ ipse concedat nobis qui volẽs patri obedire crucifix⁹ est pro nobis redimẽdis. Amen.

¶ ꝙ tẽptationes sunt vtiles seruis dei.

Capitulum. xii.

O Mire benignitatis altissime qui nos tẽptari permittis nõ vt capiamur sed vt timẽtes ad te portum tutissimũ fugiam⁹. More bone matris facis o domine ꝙ̃ filium suuꝫ a se elongatũ videre desiderãs ꝛ amplexari per terribile aliqđ timoreꝫ inducit ꝛ expandẽs brachia filium recipit fugien tem cum gaudio. sibi arridet ꝛ oscula dulcia elar gitur et ne alias a se recedat hortatꝫ: vt nõ accidat sibi malũ consolatur ad se stringẽs ꝛ demũ vbera subministrat. O felix temptatio que ad diuinos amplexus fugere nos cõpellit. O dulcis domine qui nos permittis vndiqꝫ effugari ꝛ te semper tri buis refugiũ salutare et tecum omni tẽpore com moremur. Non ergo te tẽptationes habere mire ris o homo, sed ad deum fugias expauescẽs. ibiqꝫ si tẽptari nolueris residebis. sinautẽ capi poteris ꝛ dãnari. Si autem deo tuo nimium te elongatuꝫ repereris nec potes ad euꝫ recurrere pleno corde ad christũ tibi proximũ accelerabis ꝛ in sui lateri puteo panno supposito abscõderis. et ne timeas

ꝙ te inueniat inimicus. Hoc semper pro regula generali habeas ꝙ quandocunq̄ deuz volueris ad te profunde inclinare in corde tuo vulnera christi porta. ⁊ eius conspersus sanguine te patri quasi vnigenitū p̄sentabit ⁊ ipse tanq̄ pater dulcissim⁹ tibi plenarie prouidebit. Accede ergo ad christū ⁊ eum suppliciter deprecer:s vt ex quo non decet ipsum denuo vulnerari:digneē in tuo corpore sua vulnera renouare teq̄ totaliter rubricare. ⁊ sic in dutus purpura poteris regis palatium introire. In temptate vulnera hec meditare. ⁊ hec semper tibi erunt refrigerium ⁊ solamē. Ne dubites ꝙ si ea in corde tuo impresseris nulli additus temptationi patebit. Quisvidens dn̄m glorie nostris sce leribus sic grauiter vulneratū auderet iterum sce lera perpetrare. Et sic pro ipsorum vulnerū reuerentia atq̄ compassione non desisteret a peccato. saltē quia videret ꝙ sine ꝯparatione grauior pena deberetur peccatori in omnibus q̄ innocētia pec cato deberet timere ⁊ etiā abstinere. Si aūt cōtra te etiā propter tuas nequitias ipsum videris indi gnatū ad spem peccatoꝝ confugias matrē suam. ⁊ ip̄ tanq̄ matri dei reuerētiā exhibebis ac fusis lachrimis eius auxiliū postulabis. Et si pseueraueris nō quiescēs nō dubites ꝙ ab ea q̄ volueris īpetrabis. Secūz enim creuit miseratio ⁊ sibi pro miseris satisfacere ex officio est cōmissum. ⁊ cum magna diligētia hoc exerceas. q: quod ꝯmuniter exercet erga oēs tibi nō poterit denegare. Quod ⁊ si nullo modo te videris consolari noscas deum te diligere. ⁊ hoc facit. pctōrum tuorum profundi tates agnoscas ⁊ tuam miseriā non ignores.

Et hoc maximū dei donuz est. Non enī sibi placet
presumptio aliquoꝝ qui se iustos reputāt ꝛ ad ipꝫ
altissimū tanꝙ ad familiarē amicū accedunt Vult
enī vt ꝗtumcūqꝫ quis sit magnꝰ se miserū ꝛ quasi
nichil reputās ad ipm̄ veniat cum peccatoꝝ suorū
confusione ꝛ magna reuerētia ꝛ timore. ꝛ magnū
imo maximū reputet ꝗtumcūqꝫ magnus si ipsum
imensus deus noster dignat saltē a longe intueri
Ideoqꝫ pleno corde dei magnitudinē ꝛ suā paruitatem confiteat ꝛ dicat. Domine nō solū non sum
dignus vt intres sub tectū meūm sꝫ nec vt tibi ap
propinquare valeā vllo modo Sufficit enī michi
vt tue pietatis oculis digneris me respicere a remotis. dico ꝙ si in hoc pseueraueris non quiescēs
non solū te videbit sꝫ sua secretissima teītroducet
Quod ipse facere dignetur qui est benedictus in
secula seculorum. Amen

¶ Quō tēptatio de predestinatione reprimi debet.

Capitulum. xiiij.

SI de pdestinatione aut presentia dei aliqua
cogitatio tibi surrepat sic responde dyabolo
talia propināti. Quicquid enī sit de me te certum
est esse damnatū. sed si ego pscitus sum ꝛ deū non
debeā habere post hanc. vitā: totis tamen viribus
laborabo vt ipsum saltē habeam in psenti ꝛ ipsuꝫ
possideā ꝗtum possum/ne in vtroqꝫ statu caream
tanto bono Momētum ergo tēporis de cetero nō
dimittā quin ꝯm meū posse fruar ipso ꝛ semper in
ipso summa iocūditate delecter ex qua eternā miseriam assequi debeo in futuro. Nonne michi summa vesania esset si certū est me eternalibꝰ ignibꝰ
cruciandū me īimico meo tradere in presenti ꝛ ex

nunc incipere cū dyabolo cōuersari. Non sufficit illa miseria nisi me nunc miserū faciā ante tēpus. Immo certe plus predestinati me deo meo prout potero taliter exhibebo vt nichil sit in me nec cor nec lingua nec cetera mēbra quin continue sint in seruitio dei mei: vt saltē dū possum ⁊ q̄tū possum habeā summū bonum. Sicut enī seculares qui in quadragesimo nō debent comedere carnes: volūt in carnisp̄riuio carnibus abundare. Sic de deo facere deberet qui de sua p̄sentia esset certus. ⁊ hoc p̄cipue faceret qui q̄ suauis ē domin⁹ degustaret cetera vero delicata absintiū reputaret. Sed q̄tū cunq̄ me deus prescieuerit sciētia constat michi ⁊ scio q̄ seipsum negare nō potest. Cum ergo totis visceribus āplexabor et ipsum stringens fortiter etiā si aurora apparuerit nō michi bn̄dixerit non ipsum dimittā: q̄ si bn̄dixerit michi nec etiā tunc dimittā ⁊ sine me recedere nō valebit. Licitū est enī michi inferre sibi violētiam in hac parte cum ipse commēdet illos qui regnū celoꝝ rapiunt violenter. Aut certe scio quid faciā. In cauernis vulnerum suoꝝ me abscondā ibiq̄ quietus latitabo nec extra se me īuenire poterit ⁊ etiam expellere nō decebit qui dicit. Eum q̄ venit ad me nō eiiciā foras. Et sic me damnare nō poterit nisi seipsum iudicare voluerit. Aut ad matris sue pedes p̄uolutus stabo. ⁊ q̄ propter peccatores mater dei facta sit allegabo. ⁊ vt michi veniā īpetret īplorabo Nec repulsam ab ea pati potero: q̄ fons pietatis ab oībus predicatur. Ipsa enī non miseri ignorat ⁊ miseris nō satisfacere nunq̄ sciunt. Non credo q̄ propter me inouā velit adiscere lectionē. Ideoq̄

et cōpassione maxima ante filiū suum mecū si dici potest misera apparebit et michi ad indulgētiam suum vnicū filium inclinabit. Et sic triplex refugium habeo quod quasi triplex funiculus difficile cōfringetur. Nō si predestinatus sum et eternam patriā debeam cū angelis possidere certe debeo ex nunc vitam angelicā ducere nō humanā. Totū me illi debeo qui se michi in premiū preparauit et hac portione contētus nichil aliud a modo debeo affectare. Justus est eni et si aliud quam ipsum quererē contra me posset rationabiliter indignari. et quē visurus sum beniuolū viderē statim iratū contra me sentētiam inferentē. Igitur in fine dyabolo sic cōcludo. Quicquid de me futurū sit a seruitio dei non desistā. et ve tibi qui nō potes tāto dño ministrare et eius dulcia presentia iocundari.

¶ Questio carnis ad deum patrē de christo Capitulum. xiiii.

C Arnē contra spiritū per contēplationē eleuatum. imo contra christum aīam eleuantē ausculta. Inquit caro. Tibi deo patri iusto ac misericordie infinite de tuo filio conqueror vt tua iusticia consideret violētiam michi factā et mia tua mee miserie condescēdat. Ille tuus filius plenus sciētia et virtute me sua sapiētia circūuenit et sua virtute violētiam michi fecit. Ille tuus filius sua sapiētia se sub carne michi simili occultauit et ad me humilitate nimia et benignitate inenarrabili callide subintrauit. Omnibus fuit humilior. oībus despectior. oīm necessitates assūpsit. omniū infirmitates portauit. pro omibus crudelissime voluit cruci. figi tam cōpassione quam grauissima passione vō

luit affligi cordis amorē per apertionē lateris sui
voluit demōstrare.indeqꝫ voluit in remediū ema-
nare sacramēta. Quid plura? suā carnē constituit
in cibū suum: sanguinē in potū: ⁊ seipsuꝫ promisit
in premiū. tua precepta faciētes: matrē fratresqꝫ
vocabat. Demū non soluꝫ in via sed etiā in patria
pmittebat ꝙ se succingeret ⁊ eis ad mēsam tuam
comedētibus trāsiens ministraret. His omibus ꝰ
aliis q̄ nec scio nec valeo enarrare animā michi de
putatā allexit nimis. sed etiā intus intrans sua at
traxit virtute in tantū ⁊ sic sibi ipsā suis blāditiis
coniūxerit vt iam de me nō curet sed potius affli-
gat deiiciat ꝰ conculcet ⁊ ad nichilum redigat. et
qđ grauius videtur hoc michi inferētes diligat ⁊
pro eo vel eis orationē specialē faciat ⁊ si nō infe
rantur inferri appetat. Sicqꝫ mortificor ⁊ non cu
rat. in limo iaceo ⁊ exultat. Sed quid? Dolorem
dolori addit ꝰ vt intēse doleā cupit. hec sua gloria
videtur esse michi inferre iniuriam contumeliā. ⁊
quicquid vilissimū credi potest. Sicqꝫ me desola-
tam afflictamqꝫ relinquit. et ipsa semper vult tuo
filio cōmorari semper sua carne cibari suo sangui
ne inebriari. ⁊ vbicunqꝫ fuerit ⁊ ult semper secum
commorari. Nunc aūt secum apparet in presepio
parua. nunc secum brachiis virginis amplexatur
virginis brachiis deportatur lacte virginis foue
tur. Nunc secum famescit. nunc secum sitit. nunc
secū conspuitur. nunc secū vulneratur. nunc secuꝫ
in cruce tristatur. nunc secū in celis apud te leta-
tur consolatur quocunqꝫ perrexerit. secum vadit.
sine ipso esse nō requirit. ad nichil potest se xtere
sine ipso. Quid tibi dicam pater de tuo filio qui

animā michi deditam:sic suo inebriauit amore:sic aūt alienauit a me. Si rapinā cōmisit iubeas resti tui. Nec enī michi paruz videtur sic rapere vnam mentē. Cur enī michi anima deputata so:ū filium tuū diligit?cur me sic odit?cur cetera derelinquit tui filij amore absorpta? Graditur sine sensu. Jam nichil aliud audit nichil aliud cogitat vel gustat. nichil aliud odorat. ꝛ semp vult inter sua brachia commorari. Ibi iocūdatur.ibi letetur.ibi delicijs habundat.ibi nimio amore inebriata cubat. Nec mirū si hec anima meā tantū cuz filio tuo adhesit. quia nisi esset lapide durior et ferro insensibilior. ex quo sibi tantā filius tuus fecit aliter facere nō deberet. Et vbi est iste durus lapis qui tanti amo ris ardore nō scinderetur ymo liqfieret sicut cera si sibi fierent oīa supradicta. Et ideo nō conquero de ea tibi benignissime pater:qꝫ fecit qd debuit. sed de tuo filio qui eam nimis allexit beneficiis/ ac me in tanta miseria derelinquit.

Responsio patris ad carnem. ca. xv.

Attende ꝛ audi quid respōdeat pater clemē tissimus carni. Quia creatura mea es/tibi iusticiā cum misericordia exhibebo. Nam cū an cilla anime esses:semper tamē dominari voluisti. ac semper inordinate egisti.tibi nō michi eam ser uire fecisti ipsam ad oīa mala pronā reddidisti.et quod peius est eam ad ymaginē meā factam dya bolice seruituti subdidisti. Eam bestiis peiorē fe cisti.eam fetidaꝫ ꝛ abhominabilē exhibuisti.eam super omnē caliginem denigrasti.et in tantū eam alterasti: vt creaturā tam nobilē cognoscere non valerem. Oportuit ergo qꝫ eam que in carne erat

nimis diligebã meum filiũ incarnari: vt eam alliceret ad suuz meũq; amorẽ. ⁊ q2 tibi carni anima adherẽdo mortua erat vt viuificarẽ meum volui filiũ incarnatũ pro ea occidi. Nec fuit filij mei hic aliqua circũuentio vel deceptio: sed mea suaq; ineffabilis dignatio. Et q2 tu caro a tue infusionis principio semp male egisti: meus vero filius erga eam nimio exarsit amore ⁊ se totum sibi exhibuit ideo iusticia mea multũ exigit vt eam totã ⁊ totaliter sibi dimittam. et ipsa te plusq̃ stercus abhorrear ⁊ ab oĩbus abhorreri cupiat. Sed q2 nõ soluz iusticiam sed ⁊ misericordiã implorasti volo vt aliquando etiam in p̃senti dulcedine q̃ in meo sentit filio pfundaris. ⁊ insuper in futuro nobilissime ac pfectissime te dotato. et si bene anime obedieris: ex nunc non solũ a pena eterna sed ⁊ a purgatorio te absoluo qui viuo ineternum.

¶ Meditatio super Aue maria. ca. xvi.

AUe maria gratia plena dominus tecũ. Tibi dñe deus gratias ago quas possum ex intimis p̃cordiis meis qui pro nobis indignis dignatus es nostrã assumere naturaz ⁊ virginali vtero baiulari. ⁊ ex ea virgine nascẽs. lacte nutriri. eius foueri gremio. et eius subiici imperio. qui omnia cõseruas ⁊ regis et me fetidissimã saniẽ ⁊ turpitudinem detestabilẽ ⁊ abhominatione plenũ et omi vita imo essentia indignũ dignatus es tantũ illustrare vt sciam te matrẽ habere. ⁊ hoc michi indignissimo concessisti vt ipsam possim ⁊ audeã salutare. Non enim fecisti taliter omni nationi. ⁊ hoc summũ beneficiũ non manifestati eis. Ubi est dñe peculiaris ille populus quẽ in manu potẽti ⁊ bra-

chio extenso de terra egypti per desertū in terraꝫ ꝓmissionis eduxisti tot signis ⁊ prodigiis magnificentie tue. Nonne dn̄e iste est populus cui hoc beneficiū promisisti. Cur igit̄ nō sibi tui cultorib⁹ sed nobis ydolatris ⁊ infidelibus hoc tuū summū ⁊ maximū beneficiū reseruasti. Quare nobis paucis cū multi ⁊ quasi infiniti populi hoc ignorent. Nonne dn̄e vniuersoꝝ es creator: ⁊ oēs ad ymaginem tuā fecisti. Nonne dn̄e secreta consueuerunt pandi amicis. Cur nunc dn̄e inimicis ⁊ maxime michi qui a vertice capitis vsqꝫ ad plantā pedis infectus sum ⁊ totus tendo ad ea q̄ tue sunt contraria volūtati Cur dn̄e tam nobile donū tam excellentē thesaurū tuo infidelissimo ⁊ nequissimo seruo dedisti. Nonne dn̄e tibi videtur ꝙ non honorē sed derideā matrē tuam quādo superbus humilē: immo humilimā superbissimus castissimā inmūdissim⁹, celestissimā immo diuinissimā vanissimus ⁊ terrenissimus sanctissimā impiissimus matrē dei filius dyaboli salutare presumo. Ubi est bone domine nunc reuerētia matris tue. cur tales eam salutare permittis. Sed o piissime iesu propter tuam erga nos nimiam caritatē non suffecit te omni derisui ⁊ contēptui propter nos subiacere sed matrē tuam iam ad dextrā tuam sedentē permittis pollutis labiis tractari vt possis corda nostra tuorꝫ eius amore inflāmare. nec dubiū est ꝙ indignissimi sumus ⁊ credo firmiter ꝙ nullus sit celestis āgelus qui eā vt digna est valeat salutare. quātomagis ergo immundissima creatura. Mirum videtur quomodo miser homo nō tremit ⁊ expauescit tantā dominā salutare. Sed illud detestabile nimiū est ipsam no

minare ore ꝛ corde vana ꝛ inutilia imo nep'randa tractare ipsamq; alloqui tergo verso. Cum omni eni reuerentia honore ꝛ deuotione est virgo beatissima salutanda. ꝛ ipsa tales querit qui ad eaꝫ deuote ꝛ reuerēter accedant. Hos enim diligit. hos nutrit. hos in filios suos suscipit. O beatus qui de tam nobili matre letatur ipsam corde ā plectif. opere imitatur. o felix qui matri dei fm posse suū nititur cōformari. Hic est certe qui omni creatura contēpta soli deo singulari amore inheret. ꝛ cruci fixus cū christo salutē animarū sitit. O mirū vere quō non capitur exultatione cor talem virginē salutantis. Matrē dei alloquitur deū ex ipsa factuꝫ hominē contēplatur. Hic videt ima sūmis ꝛ sūma imis pro se vanitate coniungi. Quō queso non liquescit in hac salutatione mens nostra vbi deum nos tantū dilexisse videmus vt ex virginali vtero dignatus sic fieri frater noster. Os enim nostrū ꝛ caro nostra est. o mira ꝛ ineffabilis diffusio bonitatis diuine. Quanta queso erga talē virginē deberet cor nostrū deuotione diffundi per quam talem ad nos meruimus diffusione diuinā per quā certe meruimus deo esse fratres ꝛ coheredes in regno. Mira deberet dulcedine os nostrū abundare cum tam dulcē dominā ꝛ benignā salutamus ꝛ eius bñ diximus fructū. Suauissimus eni ꝛ dulcissim⁹ est fructus eius et in ore ꝛ in corde sapiētis dulcessit. O ꝙ mira est huius virginis fecūditas que dū salutatur deuote ad cor salutātis suauissimū fructū emanat. quāto aūt in eius fructu quis āplius iocū datur tanto ab ea amplius impetrat et nisi dicat/

sufficit nunq̃ cessabit. O mira dña mirum videtur
quomodo nō tantū delectamur in te salutādo q̃vꝫ
propter tē ⁊ fructū tuum cetera ignorem⁹. Quō
queso nō est ad te tantū intētus homo ꝓpter tuā
suauitatē nimiā vt etiā semetipsum a se abstract⁹
ignoret. O raptrix cordium. o absorptrix mētium
Cur nos domina ingrauidas tuo affectu? cur nos
deo nostro impgnas? cur luto imples celos et va-
nissimos facis diuinos? cur nos obsecro filij tui in
ebrias amore cum nec sibi aliquid impēdere vale
amus. Quid tibi prodest animarū amatrix q̃ te ⁊
filium tuū nimio diligamus amore. Nonne tibi ce
lestia sufficiūt? cur terrena corda requiris cum tñ
sint fetidissima ⁊ terrena. accipe animā ꝑ venatrix
⁊ refoue in sinu gratię tue. Quis enī potest aiarū
venatrix effugere claritatis tue fulgorē ⁊ tue ra-
dios pietatis Nec enī est qui a calore abscondere
se possit: q꜡ beneficus tuis pleni sunt celi ⁊ terra.
Quocunq̧ enim pergam⁹ occurrit nobis diffusio
vteri virginalis. Ecce ergo vndiq̧ nos tuis bene-
ficiis irretisti. et semper ⁊ vbiq̧ tue benignitatis
laqueos extēdisti vt a te matre dulcissima fugere
rationabiliter nequeamus: sed semꝑ in tue dulce-
dinis gremio quiescamus. Currite ergo carissimi
vndiq̧ et tam nobilē ⁊ suauem virginē salutemus
Aue. Patiētiam habe domina q̃ angelicā saluta
tionem promo ⁊ angelice nō viuo sed potius dya-
bolice. Horrēdus sum ⁊ te salutare presumo. Con
fido certe dulcissima de nimia bonitate tua/ ⁊ tuo
inflāmatus amore te q̃uis indignus nimiū non ve
reor salutare Aue. Quid michi dña dulcius tuo
aue? O mirum aue qđ quadā celesti dulcedine in

ebriat coꝛ deuotū. Certe iaȝ dicere poteſt deuote
ſalutans. Liquefacta eſt aīa mea vt ſalutaui dñaȝ
meam. Deficit coꝛ meū ⁊ caro mea dum alloquoꝛ
dominā meam. Quis in te nō deficiet virgo ſacra
dum cernit hac ſalutatione pꝛemia te filio dei īpꝛe
gnantā? Quis homo nō deficit dū cernit dei filiū
tuo vtero baiulari: tuo lacte nutriri? Quid ergo
libētius audis: o domina ꝙ̄ ſalutationē qua r eco-
gnoſceris mater dei. Si in te vis homines iocun-
dari vt ſemper in eum cuius mater es refundatur
affectꝰ. Non enī puto vt velis aliter niſi vt mater
dei ſalutari nec etiā cognoſci. Porta es criſtalina
⁊ per te vis tuo filio nos coniūgi. Sed aue ⁊ vere
aue. nam coꝛ noſtrū aperuit tuū aue. O mirabile
⁊ ſuperadmirabile aue: ad qđ demones effugātur.
peccatoꝛes liberātur. filij delectant. angelus gra-
tulatur. verbū incarnatur. virgo grauidat. Certe
aue cuius fructu creature renouētur. homines re
dimūtur. angeli reparant. Ergo tibi aue vniuerſa
creatura ſine fine pꝛomat. O dulciſſimū ⁊ ſuauiſſi
mū aue quo terreſtria letātur. celeſtia iocundant.
O aue quod intellectū irradiat. affectū ſatiat. mē
teȝ ad celeſtia leuat. quo animus illuſtrat. pectus
dulcoꝛatur. caro maceratur. Igitur aue. O cathe
nale aue. qđ coꝛ conſtringis cū virgine ⁊ ſeparas
a terenis. cū miſericoꝛdiſſima miſerū cum domina
ſeruum. cū matre filium firmiſſime ligas. O ama-
bile aue. accendat vt ſalutet qui vult cathenari a-
moꝛe. ⁊ cum ſalutauerit ex coꝛde āplius foꝛtiuſqꝫ
cōſtringetur. ⁊ ꝙ̄to conſtrigetur foꝛtius libētius
ſalutabit. Sicqꝫ amoꝛ et aue mutuo ſe augebunt/
donec coꝛ ſalutātis deficiat ꝑ dulcoꝛe. O virginis

amor diuinum reddis amantē virgineū facis iam multa sorde pollutū Ergo aue domina mea mater mea imo cor meū ⁊ aīa mea virgo maria et maria mea aue. O nomē suauissimū nomen iocundissimū nomē dulcissimū nomē marie. Quid feci quid presumpsi quō excessi ꝙ noiare te audeo. Quis vnq̄ talia audiuit vt perditionis filius peccatorū sacculus demonū famulus te noiare presumat. O amor mei nomē matris dei revereri nescit amor. michi parce domina ꝙ me amare dicā te. 2 eni si nō sum dignus nō es indigna amari. quis o dn̄a te amare desistet cuius beneficiis gratiā ⁊ gloriā impetramus. Per te dn̄a frengūtur vincula. soluūtur debita. vincūtur vicia. solidātur confracta. reparant perdita. renouantur vetera. roborant infirma. magnificātur minima. exaltant infima. incepta promouētur. iperfecta perficiūtur. perfecta consummantur. cor purgatur. refulget mens. animus inflāmatur. liquescit pectus. dulcessit gustus. decoratur aspectus. despōsatur peregrina. traducitur sponsa. ⁊ resoluitur aīa. Omnia hec per te virgo maria: ergo aue maria. Uere maria stella maris amarū mare ⁊ domina Stella maris mundo totalit in amaritudine posito. lucis eterne radiū emittendo. Amarū mare cor tuū iu passione filij tui in cruce pro nobis pendentis totaliter transformando. domina super oēs agelorū choros ad filij dexterā ascendēdo. Et stella maris es nos dirigendo amarum mare ꝯpatiendo ⁊ domina protegēdo. Stella maris es honestate. amarū mare pietate: sed dn̄a potestate: O domine deus quid tibi retribuemus

pro omnibus que dedisti nobis. quid tibi faciem⁹ aut facē possum⁹ ꝙ nob in amaricatione amaritu/dinis positis tenebris vndiꝙ circūseptis. a portu salutis nimiū elongatis. turbinib⁹ et procellis ad naufragiū agitatis imo tēpestate nimia pene sub mersis tam nobile solatiū tam dulce consortium. tam efficax auxiliū tam pium subsidiū virginē ma riam irradientē stellam dedisti. O certe beata nox et felix tenebra ꝛ gloriosa caligo que tali stella me ruit irradiari. Certe hec nox illuminatio mea in delicijs meis. O gloriosa virgo si est stella maris semper volo in hac vita esse in mari vt sis semper mea stella semper in mari sim perfecte amaritudi nis de peccatis meis gemēdo christo crucifixo in time cōpatiendo proximorū miserijs ꝛ vicijs con/dolendo. Semper volo in hoc triplici pelago naui gare vt habeā huius stelle ducatū. Ue illis q̄ sunt in delicijs ꝛ nolunt in hoc mare intrare: quia hac dulcissima stella carebunt. Cuirrat vndiꝙ tribula/tiones ꝛ sepiant amaritudinibus inauditis: non ti mebo quoniā tu mecū es. imo tunc vere michi re/fulges cum vallatus angustiis cuꝫ omni humano auxilio destitutus cū intrauerit aqua vsꝙ ad aiaꝫ meā cum abiectus fuero et reprobatus ab oībus creaturis. Me peccatore nequissimū ꝛ omni malo dignissimū ipugnet ꝛ stimulet obsecro tota mūdi machina vt mecum sit hec stella maris maria. O felix cū fuero ab oībus exprobratus ꝛ cōculcatus et ab hac stella susceptus. Stella est maris et in amaritudine positis ipsa relucet. O ꝙ dulce est ꝛ delectabile oculis videre hanc lucem beatissimā. o ꝙ bona ꝛ amabilis cōmutatio omnē mundi con/

solationē abhorrere. ꝛ longe a se irrecuperabilit eiicere pro refulgētia stella maris. ¶Plus enī valet vna sola illustratio illius stelle ꝙ omniū mūdanorum. Quis ergo oīs amaritudinis ꝛ ꝯpassionis et passionis mare nō gaudēter intret vbi refulget hec stella. nec paueat cor perfectū: qꝛ impossibile est naufragiū fieri hac stella radiante. nec potest nubes aliqua interponi nisi volenti. O dña mea tu in hoc mari es nobis nauis sustētans ꝛ portās anchora stabiliēs ꝛ firmans gubernaculū dirigēs et rectificās. velum deducēs ꝛ obūbrans. stella refulgēs ꝛ salutis portū demōstrans imo impetrās ꝛ conseruās. Quis ergo nō libenter hoc mare cōpunctionis cōpassionis ꝛ passionis intrabit vbi tu in oībus subuenis ꝛ ministras. Immo vt plus audeam dicere tu es maria amarū mare facta ꝓpter filiū tui passionē ꝛ iniquitatū nostrarum ꝯpassionē non ꝙ modo aliquid tristabile patiaris; sed considero mentē tuam sm ꝙ in hac vita iuxta crucē videbas. Hoc ergo duplex intremus mare/ scꝫ tuo filio crucifixo ꝛ tuo cordi sibi infixo compatiendo et de nostris iniqtatibus que tante fuerunt necis occasio intime contristādo si volumꝰ cor tuum intrare; qđ factū est mare magnū ꝛ spaciosum nimis Quis ergo nō libēter intrabit hoc mare vt possit cor virginis introire? Certe hi bene intrāt cor tuū et sunt cōtinue in corde tuo qui filū tui ruminant continue passionē. Impossibile est enī mater piissima filiū tui ir trare vulnera ꝛ nō intrare cor tuum. qꝛ illa vulnera sunt in corde tuo ꝑpetuo collocata Sicut enī illa stigmata semp erunt in filiū tui corpore; sic semp in matris mente. Quis ergo āplius

tardabit ꝛ pigritabit hoc nauigiū introire. Dulce est de te audire sed dulcius de te cogitare: ꝛ dulcissimum ꝛ suauissimū per christi vulnera cor tuū intrare. Non ergo recedat homo a christi passione cōtumelia ꝛ vulnere si nō vult in corde tuo exire. Ibi fit homo totus virgineus totus sanctissimus totus diuin⁹. Ibi obliuiscitur homo sui: recogitās que sunt matris ꝛ filij. Quod nobis concedat ille qui benedictus viuit ꝛ regnat in secula seculorum Amen.

¶ Meditatio humilis ac expositio super orōnem dominicam. ca xvij.

